(Ein richtiger comparativer character specificus kann nur in der Reihe aller andern Species stehen. Um jedoch den Ueberblick zu erleichtern, sind die auffallenden Merkmale an Arten reicher Gattungen in den Beschreibungen mit Cursivschrift gedruckt.)

1. *Alopecurus creticus.*

Radix fibrosa. *Culmus* decumbens, dein geniculato-adscendens, pedalis, glaber, teres, subquadrinodis, ramosus. *Vaginae* internodium longe superantes, sulcatae, medio tumidae, glabrae. *Ligula* oblonga. *Folia* pl. min. digitalia, linearia, angusta, plana, erecta, striata, glabra. *Panicula* arcte spicata, cylindrica, utrinque paullo attenuata, plus minus pollicaris; crassitie *Al. geniculati*, facie *Al. bulbosi.* *Pedicelli* brevissimi, persistentes. *Locustae* imbricatae, lineari-oblongae; infimae amethystinae, reliquae pallidae apice e viridi et amethystino variae. *Calycis* glumae membranaceae, superne tricostatae, costis infra apicem obtusiusculum dorso ciliatulum confluentibus, ad summum usque connatae. *Corolla* tenera, calyce paullo brevior, hinc fissa, quinquestriata, horizontaliter truncata et tenuissime fimbriata, supra basin emittens aristam setaeformem ipsa plus duplo longiorem, medio geniculatam. *Styli* connati. Rel. generis.

Hab. in Creta.

(In dem cretischen Herbarium des Herrn Sieber unter dem Namen *Al. agrestis.* — Nach dem in den Fund. Agr. p. 58. gegebenen Schema wird die Definition seyn müssen: A. panicula cylindrica; glumis ad summum usque connatis obtusiusculis, apicem versus ciliatulis; corolla horizontaliter truncata; stylis connatis. Sein Platz zwischen Al. agrestis und bulbosus.)

2. *Polypogon tataricus* Fischer, (Marsch. a Bieb. Fl. taur. cauc. Supplem. Num. 122. unter *Polyp. monspeliensis*), ist *Polyp. maritimus Decand.*

3. *Paspalum suffultum Mikan.*

Radix ex rhizomate crasso squamato fibrae validae, flexuosae, simpliciusculae, ferrugineae. *Culmus erectus*, tripedalis, firmus, glaber, basi crassitie pennae anserinae et compressus, medio florifero *ramosus*, superne teres et nudus; ad nodos (3) tumescens et curvulus potius quam geniculatus; ob folia pauca ac brevia culmi *scapum* refert. *Vaginae* internodiis paullo breviores, laxae, apice hiantes, subancipiti *compressae*, striatulae, glabrae; textura, ut totum gramen, firmae. *Ligula* callus brevissimus semilunaris. *Folia* radicalia plurima fasciculata, culmo plus quadruplo breviora, linearia, compressa, (expansa lineas tres lata), obtusa, incurvo - patula, tenuissime striata, glabra, rigida: culmea breviora. *Panicula e spicis* 8 — 14 spithameis *confertis subfastigiatis* composita. *Rachis communis* brevis, sulcato - angulata, glabra. *Spicae* singulae sessiles, solitariae l. binae, angustissimae: *rachis* flexuosa, flosculis *angustior*, glabra, dorso plana, nervo dilatato percursa; infra subtriangularis florifera. *Locustae solitariae*, biseriales, alternae, distinctiusculae, *lineari - oblongae*, glabrae, brevissime pedicellatae et *pilo* uno alterove ipsas subaequante suffultae. *Calyx* mem-

branaceus corollam aequans: glumis acutiusculis, bicostato - angulatis. Corolla obtusiuscula, fulva, nitida, tenuissime *punctulata*. Rel. generis.

Hab. in Brasilia. *Mikan.*

4. *Paspalum granulare.*

Milium setaceum König im Herbarium des Herrn Barons v. Jacquin, aus der Banksischen Sammlung.

Culmus (prostratus?) geniculatus, pedalis, *debilis*, filiformis, compressiusculus et sulcatus, inferne florifero - *ramosus*, superne nudus. *Vaginae* internodio breviores, laxiusculae, superne paullo tumentes, striatae, glabrae. *Ligula* membranacea, oblonga, truncata. *Folia* sesquipollicaria, linearia, lineam lata, plana, apice attenuata, glabra, nervo medio percursa, erecto - patula: supremum brevissimum et tenuissimum. *Racemi duo, binati*, divergenti - recurvi, sesquipollicares, tenues, brevipedicellati. *Rachis partialis* linearis, plana, *angustissima*, nervo percursa, vix flexuosa, margine scabra. *Locustae minimae*, *oblongae*, pallidae, glabriusculae, biseriales, *solitariae* aut rarius *binae*, pedicellis ipsarum longitudine insidentes. *Calyx* membranaceus corollam aequans: glumis obtusiusculis subaequalibus: inferiore 5 - — 7 -, superiore 3 - — 5nervi. *Corolla* oblonga, nitida, *laevis*, acutiuscula. Rel. generis.

Hab. in India orientali. — (Conf. *Paspal. multicaule* Poir. enc. suppl. 4. 309.)

5. *Paspalum lanceolatum Mikan.*

Culmus (adscendens) bipedalis, crassitie pennae corvinae, subangulato-teretiusculus, glaber, striatus, *simplex*, ad nodos (3) leviter geniculatus, fere ad apicem vaginatus. *Vaginae* inferiores internodio breviores, superiores eodem longiores, laxiusculae, compressae, carinatae, striatae, ad marginem fissuram superne magis magisque *pubescentes*, ad oram (praesertim ad *ligulam* brevissimam semilunarem) villoso-pilosae. *Folia lanceolata*, acuta, plana, basi attenuata culmum amplectentia, medio pollice dimidio latiora, tenuissime striata, nervo albo splendente percursa, firma, vix scabriuscula, margine (inferne hinc crenulato) hispida. *Panicula* fere spithamea, recta, formata ex *racemis* 12—15 patulis, saepe curvulis, approximatis. *Rachis comm.* sulcato-trigona, imprimis apicem versus flexuosa, glabra. *Racemi* basi *villis barbati*: inferiores breviter pedunculati, distantiusculi, digitales; superiores sessiles, confertiores, sesquipollicares. *Rachis part.* flexuosula, flosculis *angustior*, glabra, dorso convexa, fronte plana. *Locustae* quadriseriales, *binae*, subimbricatae, parvae, *oblongae*, glabrae, e viridi et purpureo variae. *Pedicelli* fere locustarum longitudine, angulati. *Calyx* membranaceus, obtusiusculus, corollam aequans: gluma inferior uninervis, superior 3nervis. *Corolla* oblonga, acutiuscula, *laevissima*, virescens. Rel. generis.

Hab. in Brasilia. *Mikan.*

(Steht dem *Pasp. laevi Lam.* nahe.)

6. *Helopus pilosus.*

Ich bemerke hier blofs, dafs hiezu nicht, (wie in den Fund. Agr. S. 104. angegeben ist), *Milium ramosum Retz.*, (das ich im Gegensatze *Helopus laevis* nenne), sondern *Milium punctatum L.* gehört. Herr Professor Mikan hat dieses Gras auch in Brasilien gefunden.

7. *Helopus barbatus.*

Radix fibrillae breves, ramosae, tortiles, spadiceae. *Culmus* erectus; circiter pedalis, strictiusculus, compressus, striatus, glaber, nodo (unico) barbato ramiferus, superne filiformis et nudus. *Vaginae* ad culmi basin confertae quinque aut sex, distichae, sensim longiores foliisque longissimis terminatae atque hiantes, compressae, striatae, glabrae, faucem versus dorso carinato-connatae: unica e nodo culmi multo longior. *Ligula* obsoleta. *Folia* oblongo-lanceolata, digitalia et breviora, patentia, plana; apice obtusissima, stricta, nervo tenui medio percursa, supra pilosula, margine ciliata, ceterum glabra. *Spicae* terminales duae, binatae, erectae, sessiles, bipollicares, lineares, pallidae. *Rachis* glabriuscula, compresso-triangulata, margine membranaceum (flosculorum latitudine), demum ad locustarum insertionem ita evanescente, ut locustarum altera paginae racheos externae, altera (al-

ternans) internae affixa videatur. *Locustae* secundae, alternae, biseriales, brevissime pedicellatae, oblongae, acutae. *Calyx* membranaceus, dissite pubescens: glumae subaequales binerves, ad nervos subangulatae, corolla longiores. *Corolla* cartilaginea oblonga obtusissima, albida, tenuissime punctulata, glaberrima: valvula inferior aristae loco apice fasciculo pilorum coronata. Rel. generis.

Hab. in Insula Borbonia. (In dem Herbarium des Herrn Barons v. Jacquin zu Wien.)

8. *Milium amphicarpon Pursh.*

Der Beschreibung dieses merkwürdigen Grases in Pursh Fl. amer. füge ich die umständlichere der Fructificationstheile bey, da diese letztern dort theils unzulänglich theils irrig angegeben sind.

Flores Paniculae. Magnitudine Milii nostratis; at paullo longiores, acuti, virides, glaberrimi. Pedicellus subclavatus, dissite hispidus. *Calyx* herbaceus, corollam aequans, vix ea longior, clausus, glumis aequalibus 5nerviis, ellipticis, acutis: inferiore aliquantulum longiore. *Corolla* congenerum, inclusa, elliptica, acuta, compressiuscula, coriaceo - chartacea, glaberrima: valv. inferior obsolete trinervis; superior aequilonga. *Lodiculae* squamae obtusae, emarginatae, ovario subturbinato breviores. *Styli* 2 elongati. *Stigmata* exserta, brevia, pectinata, atropurpurea. *Filamenta* 3. *Antherae* (delapsae).

Flores radicales. Magnitudine pisi minoris, orbiculato - oblongi, acuminati, glabri, pallidi, in singulis pedunculis (digitalibus aut brevioribus) solitarii. *Calyx* membranaceus corolla brevior et angustior, glumis multistriatis: inferiore paullo longiore, lineari - oblonga, obtusiuscula; superiore lanceolato - oblonga, acuta. *Corolla* brevipedicellata, glabra, coriacea, valvis oblongis acuminatis concavis, altera alteram obvolvente. *Semen* oblongum, obtusum, apice stylorum basi coronatum, arctissime inclusum.

(Die aus dem Rhizoma hervorbrechenden gestielten Blumen tragen schon reife, (ein schönes weißes Mehl gebende) Samen, wenn die Rispenblumen, vollkommene Hermaphroditen, sich noch eben in der Anthesis befinden. Es ist wahrscheinlich, daß die Blüthezeit der Wurzelblumen, die gleichfalls Zwitter zu seyn scheinen, weil die Basis der Griffel auf dem Samen ein früher vollständiges Pistill anzeigt, schon an einer Zeit vor sich geht, wo die Panicula mit ihren Blumen noch nicht entwickelt ist. Die, gleich den Blättern, mit sehr vielen Rippchen gestreiften Kelchschuppen der erstern zeigen deutlich, daß diese Glumen ursprünglich nichts als bloße Radicalschuppen, (siehe Fund. Agr. Cap. XII.) nur durch ihre Bestielung in wahre Blumen umgewandelt sind, wie denn, außer dieser Blattnatur der Glumen, auch die lange Zuspitzung ihrer Co-

rollen noch auf ein Vorwalten des Vegetativen neben dem Reproductionsgeschäfte hinweiset. — Uebrigens steht diese Species auf der Gränze zwischen Milium und Paspalum: zu jenem gesellt sie die Substanz der Blumen und die halbrispenartige Inflorescenz; zu diesem die dunkelgefärbten pinselartigen Stigmata, die abgestumpften Lodicularschuppen und die Hinneigung der Rispenäste zur racemosen Form.)

9. *Arundo (Calamagrostis) purpurea.*

Culmus tripedalis, teres, fistulosus, nitidus, fere ad apicem usque foliosus, superne compressus, striatus et scabriusculus. *Nodi* 7 — 8. *Vaginae* cylindricae, arctiusculae, vix scabrae: superior compressa. *Ligula* praelonga, hyalina, fissa. *Folia* lineari-angusta, erecta, retrorsum scabra: inferiora plana; superiora compressa, paniculam subaequantia. *Panicula* spithamea, subsecunda, patula, purpurascens. *Rachis ramique* scabri. *Locustae exiguae*, ex albo purpureoque variae. *Calyx* flosculo cum seta pilisque *longior*: glumae *acuminatae*, lanceolatae, hispidae. *Corolla* hyalina, fasciculis aliquot pilorum tenuium, flexuosorum, ipsam *aequantium*, stipata: valv. inferior oblonga, apice subtruncato setuloso emarginata, *supra medium* setam emittens rectam ipsa paulo longiorem, calyce breviorem; valv. superior fere

dimidio brevior, apice emarginata. *Lodiculae* squamae oblongae, acutae. *Antherae* flavae.

Hab. ad littora Baicalis. (Herbar. Gorenkiens.)

(Aehnlichkeit mit *Ar. strigosa Wahlenb.*)

10. *Stipa Redowskii* Herb. *Gorenk.*

Culmus sesquipedalis, erectus, stricto-*gracilis*, teres, laevis, g., 6nodis, inferne ad nodos purpurascens, superne filiformis. *Vaginae* internodiis longiores, infimae laxiusculae, superiores arctae, striatae, glabrae, purpurascentes, ore utrinque barbulatae. *Ligula* obsoleta. *Folia* pedalia, erecta, linearia, plana, superne filiformi-involuta, carinata, striata, pagina superiore scabriuscula: suprema subappressa paniculam aequantia. *Panicula* contractiuscula, erecta, palmaris. *Rachis* tenuis, scabriuscula. *Rami* semiverticillati, ramulosi, purpurascentes, scabri. *Locustae* e spadiceo, purpureo et albo variae, parvae. *Calyx* corolla longior: glumis trinerviis, acutis, hispidiusculis: inferiore paullo maiore. *Corolla* stipiti brevissimo obconico superne villis coronato insidens: valv. inferior chartacea, convoluta, subcarinata, pilis albis longis *a basi ad imum vestita*, subcylindrica, apice obtuso aristam emittens ipsa *duplo* longiorem, *aequatam*, *reflexam*, hispidam; valv. superior paullo minor, angusta, subinvoluta, apice brevissime bidentata, glabra. *Lodiculae* squamae 3 hyalinae, lanceola-

tae, *ovarium* turbinatum aequantes. *Antherae* lineares, apice stellato - *barbatae*.

Hab. in Sibiria.

(Ein schlankes, von *Stipa sibirica* vollkommen verschiedenes Gras.)

11. *Stipa splendens.*

Culmus circiter tripedalis, teres, tenuissime striatus, glaber. *Vaginae* striatae, laeves, laxiusculae; superiores parum scabrae. *Ligula* oblonga, exserta, fissa. *Folia* basi utrinque calloso - auriculata, stricta: inferiora plana, pagina superiore sulcato - striata et retrorsum scabra, dorso leviter striato marginibusque glabra. *Panicula* circiter pedalis, multiflora, *secunda*, contractiuscula. *Rachis* striata, nunc glabra, nunc scabriuscula et tenuissime pubescens. *Rami* semiverticillati, inferiores elongati, quaterni; superiores terni binive; parum flexuosi, erecti, scabriusculi. *Locustae* e fusco et argenteo variae, squamarum piscinarum colore splendent. *Calyx* membranaceo - chartaceus, pl. min. asper: gluma inferior *minor*, subtrinervis, corolla *brevior*: superior quinquenervis corollam *superans*. *Corolla* brevissime stipitata, chartacea, cylindrica: stipite piloso. Valv. inferior obsolete nervosa; *dorsi apice marginibusque villosa*, apice *emarginato* aristam emittens *flexuosam*, parum tortilem; flosculo *duplo* longiorem; valv. superior angusta, acuta, integra, dorso villis obsita. *Lodi-*

culae squamae 3, lanceolatae longitudine *ovarii* oblongi utrinque attenuati, hyalinae. *Antherae* lineares, apice stellato - barbatae.

Hab. in transbaicalensibus Sibiriae.

(In den russischen Herbarien unter dem Namen *Agrostis longiaristata*. Variirt in der Bekleidung der Rachis und der Glätte der Zweige und der Glumen, welche letztere bisweilen völlig enerves erscheinen. — Gröfste Aehnlichkeit mit *Stipa Calamagrostis Wahlenb.*, von welcher sie sich durch die relative Stellung der Kelchglumen und die glänzende Stahlfarbe unterscheidet.)

12. *Agrostis*, *Trichodium clavatum*.

Culmus sesquipedalis, erectus, tenuis, compressiusculus, striatus, superne nudus. *Vaginae* internodio plerumque breviores, arctiusculae, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga, exserta, acutiuscula. *Folia* linearia, *plana*, acuminata, scabra. *Panicula* digitalis, erecta, *laxiuscula*, apice nutans. *Rachis* flexuosa, scabra. *Rami* semiverticillati, quaterni, terni, apicem versus ramosi, hispidi: ramulis parum patulis, pedicellis clavato - incrassatis. *Locustae* parvae, virides. *Calyx longitudine corollae*, glumis acutis, apice hispidis, parum inaequalibus. *Corolla* membranacea, lanceolato-oblonga, *acutiuscula*. *Callus* parvus epilis. Valv. inferior trinervis, mutica; superior pusilla, *dilata-*

ta, truncato - emarginata. *Lodiculae* nullae. *Sem.* oblongum utrinque attenuatum.

Hab. in Camtschatca.

13. *Agrostis, Agraulus anemagrostoides.*

Radix fibrosa. *Culmus* dodrantalis, sesquipedalis, ad nodos inferiores *radicans*, ad reliquos (5 — 7) geniculatus, teres, glaber, superne nudus. *Vaginae* internodio breviores, laxiusculae, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga, obtusa. *Folia* satis brevia, angusto - linearia, plana, erecta, glabra aut scabriuscula. *Panicula* digitalis et ultra, erecta, laxiuscula, multiflora. *Rachis* glabra. *Rami* semiverticillati, subterni, erecto - patuli, apicem versus ramosi, hispidi. Pedicelli vix apicem versus intumescunt. *Locustae* pallide virides aut fuscescentes. *Calyx* corolla *fere duplo longior*: glumae acutissimae, carina hispidulae. *Corollae callus* antrorsum *in rudimentulum* cylindricum *productus*, utrinque *brevi - piliferus*. Valvula inferior tenuissime membranacea, quinquenervis: nervis 2 in setulas productis: Arista infra medium aut medio valvulae affixa, flexuosa, parum tortilis, calyce sesquilongior; valv. superior *obsoleta*. *Ovarium* oblongum. *Antherae* lineares, cuspidatae, sub lente barbatulae.

Hab. in Lusitania.

(Unter den Namen: *Alopecurus effusus* und

Agrostis alopecuroides Link. — Macht den Uebergang in Arundo.)

14. *Crypsis acuminata.*

Radix fibrosa. *Culmi* semipollicares et pollicares, geniculati, laeves; quibus exceptis tota plantula pilosa. *Vaginae* culmum totum vestiunt striatae. *Folia* lineari-lanceolata, striata, scabra: supremum spicam aequans. *Panicula* spicata e summa vagina ampliata, oblonga, pollice dimidio brevior. *Calyx* chartaceus, glumis inaequalibus acuminatis hispidis et pilosiusculis corolla brevior. *Corolla* chartacea: valv. inferior a basi supra medium usque laevis, superne hispida et pilosula, falcato-acuminata; valv. superior minor, truncata, denticulata. *Stamina* 3 apice bimucronata. *Styli* 2. *Stigmata* simpliciter pilosa. *Lodiculae* squamae ovatae, minimae.

Hab. in insulis fluminis Jaik, prope Gurief.

15. *Limnas Stelleri* (Fund. Agr. p. 116.).

Radix fibrosa nigrescens. *Culmi* dodrantales, sesquipedales, erecti, filiformes, striati, glabri. *Vaginae* internodiis longiores, laxiusculae, carinatae, striatae. *Ligula* obsoleta. *Folia* involuto-setacea, retrorsum scabriuscula: fasciculorum longissima culmum breviorem superantia, plerumque marcida; culmea brevia: supremum brevissimum, vix ullum. *Panicula* pollicaris, erecta, angusta, pauciflora. *Locustae* oblongae, magnitudine et

facie Leersiae oryzoidis, pallidae. Pedicelli subclaviformes. *Calyx* chartaceus, hirsutie scabrosa obsitus: glumae naviculares, compresso - angulatae, carina hispidae, acutiusculae, subinde mucronatae, corollam aequantes aut eadem paullo minores: inferior parum brevior. *Corolla* inclusa, absque callo baseos: valv. inferior chartacea, compressa, angulato - nervosula, acuta, superne scabra, infra medium setam emittens aristaeformem, hispidam, paullo tortilem, primum rectam, dein reflexam, corolla fere duplo longiorem; valvula superior inclusa, minor, angustior, tenerior. *Lodiculae* squamae lanceolatae, acutissimae, ovario longiores. *Ovarium* oblongum, acutum. *Styli* basi coaliti. *Stigmata* plumosa.

Hab. in Camtschateae montosis sylvaticis uliginosis.

16. *Vilfa, Colpodium compressum.*

Culmus sesquipedalis, erectus, gracilis, ad medium usque vaginis tectus, *compressus*, superne obsolete nodosus. *Vaginae distichae, compressae,* superne patulae, internodio longiores, tenuissime striatae, margine asperae, cum foliis glaucescentes. *Ligula* obsoleta. *Folia* angusto - *linearia,* compressa, erecta, strictiuscula, firma, obtusiuscula, basi calloso - auriculata, glabriuscula. *Panicula* ultrepalmaris, erecta, aequalis, patula. *Rachis* imprimis inferne flexuosa, sub lente pu-

bescens, compresse. *Rami* solitarii, sparsi, tenues: inferiores adpressi et flexuosissimi; superiores patuli et patentes, mox supra basin ramosi, ramulis ramulosis deinum capillaribus, glabris. *Locustae* parvae, ex atropurpureo et spadiceo variae. Pedicellus apice clavatus. *Calyx* corolla brevior; glumae oblongae, acutae, 1nerves, glabrae: inferior paullo brevior. *Corolla* callulo stipitata: valv. inferior oblonga, obtusa et obtusissima, 1—3nervis, ut calyx, chartaceo-herbacea; superior paullo longior, obtusa, apice subbiloba. *Stigmata* simpliciter ramosa.

Hab. in America boreali.

17. *Vilfa domingensis.*

Radix fibrae longae, fasciculatae, validae. *Culmi* subadscendentes, erecti, semipedales, pedales, teretes, glabri, ad nodos levissime geniculati, adultiores sub panicula nudi, inferne *ramosi*. *Vaginae* internodia subaequantes, laxae, subcarinatae et compressiusculae, glabrae, inferiores ad oram pilosae. *Ligulae* loco barba brevissima. *Folia* linearia, basi planiuscula, dein sensim involuto-attenuata, rigidiuscula, glabra, glauca, frontis basi pilo uno alterove e bulbulo oriundo adspersa: inferiora ultrapalmaria, superiora pollicaria et breviora. *Panicula* digitalis, erecta, contracta, sublinearis. *Rachis* angulata, glabra. Rami sparsi, erecti, glabri, mox supra basin ramulosi. Pe-

dicelli brevissimi, apice incrassati. *Locustae deciduae*, pallidae. *Calyx* chartaceus, glaber: gluma inferior disitiuscula, corolla *dimidio brevior*, enervis, oblonga, acuta; superior corollam *aequans*, enervis, acutiuscula. *Corolla* callulo suffulta: valv. inferior inervis, acuta; superior latior, paullo brevior, obtusa, emarginata. *Lodiculae* squameae obtusissimae, breves, demum elongatae. *Semen* compressum, subrotundum, lateritium, lodiculae elongatae ope demum protrusum.

Hab. in Domingo.

18. *Aristida virgata.*

Radix fibrae simplices, tortiles, paucae. *Culmus* tripedalis, erectus, gracilis, basi pennae corvinae crassitie, teres, tenuissime striatus, glaber, superne nudus. *Nodi* 3: articulus infimus levissime geniculatus. *Vaginae* internodiis dimidio breviores, arctae, ad ramorum ortum hiantes, striatae, glabrae. *Ligula* obsoleta. *Folia* semipedalia et longiora, linearia, *plana*, angusta, firma, glabra, margine asperula, erecta, fere glaucescentia. *Panicula* sesquipedalis, *virgata*, subnutans, *secunda*, *angustata*. *Rachis* sulcata, retrorsum scabra. *Rami* solitarii, statim a basi ramosi, disiti, ita ut paniculam interruptam referant: inferiores digitales erecti, superiores sesquipollicares patuli, nutantes. Ramuli breves, subadpressi, glabri. *Locustae* ochraceo - virentes. non computatis ari-

stis lineas circiter tres longas. *Calyx* chartaceo-membranaceus, flosculo (absque aristis) longior: glumae lanceolatae, acuminatae, viridi-carinatae: inferior paullo *minor*, carina hispidula. *Corolla* cylindrico-oblonga, pedicello brevissime pubescenti insidens: valv. inferior glabra, chartacea, apice triseta: seta media *refracta*, valvula *plus tripla* longior, *crassior*, hispidula; duae laterales erecto-strictae, tenuiores, valvula *plus duplo* longiores; valv. superior 4-, 5plo brevior, angustissima, lineari-lanceolata, acutissima. *Lodiculae* squamae longitudine valvulae superioris, hyalinae, lineares.

Hab. in America boreali.

(Ich kenne *Ar. longe-spicata Poir.* nicht: die eben beschriebene scheint durch runden Halm, platte Blätter und minder ungleich-lange Grannen abzuweichen. Kenner mögen aus der Beschreibung das weitere vergleichen.)

19. *Aristida Sieberiana.*

Radix fibrae validae, flexuosae. *Culmus* bipedalis, erectus, plus minus geniculatus, teres, glaber, tenuissime striatus, pennae corvinae crassitie, ad articulos 2 — 3 inferiores nodoso-tumidos ramosus, e glauco et amethystino varius. *Vaginae* internodio multo breviores, *culmum* ab ipso earum ortu *linquentes* ramosque arctiuscule ambeuntes, striatae, glabrae, fauce utrinque brevissime callo-

so - auriculatae et (plerumque) barbatae. *Ligula* brevissima. *Folia involuto - setacea*, erecta, subflexuosa, firma, glabra, glaucescentia. *Panicula* spithamea, paullum nutans, primo contracta, dein patula, subsecunda, basi interrupta, colore culmi. *Rachis* aequa, scabriuscula. *Rami* solitarii (circiter 5 — 7), alterni, demum pl. min. patentes, statim supra basin ramosi: ramulis brevibus appressis. *Locustae*, computatis aristis, palmares. *Calyx* corollam (demta arista) superans, chartaceus: glumae lineari - lanceolatae, carinatae, ad carinam scabrae, apice attenuato *bidentatae setam*que brevem rectam emittentes: gluma inferior *duplo minor*. *Corolla* acuminato - stipitata, stipite villoso, chartacea, cylindrica, semipollicaris: *arista* recta, *longissima, inferne contorta*, scabriuscula: laciniis patulis *subaequalibus*, setaceo - capillaribus, strictis; valv. superior parva, oblonga, acuta, *lodiculae* squamis duplo longior.

Hab. in Palaestina.

(Im Herbario Palaestino des Herrn Sieber unter dem Namen *Ar. coerulescens Desf.*, mit welcher sie, wie aus der Beschreibung der (übrigens dreymal gröſsern) Blumen erhellt, gar nicht verwechselt werden kann.)

20. *Aristida squarrosa.*

Rad. fibrae flexuosae, simplices. *Culmus* bipedalis, erectus, *strictus*, teres, glaber, tenuissi-

ne striatus, inferne pennae corvinae crassitie, superne nudus, medio *ramosus*, ad ramorum ortum tumidus. *Vaginae* internodio duplo breviores, arctae, glaberrimae. *Ligula* obsoleta, aut pili aliquot. *Folia involuto - setacea*, erecta, firma, dorso angulo compressionis scabra, ceterum glabra, glaucescentia. *Panicula oblonga*, spithamea, *stricta*, multiflora, ob aristas refractas squarrosissima. *Rachis* teres, glabra. *Rami* solitarii, (inferiores dissiti, paniculam interruptam reddentes, adpressi, statim supra basin ramosi: ramulis demum patentibus, brevibus. *Locustae* ex stramineo et spadiceo variae, ad divisionem aristae usque pollicem circiter longae, angustissimae. *Calyx* chartaceus: glumae lanceolatae, longe subulato - setigerae: inferior fere *duplo brevior*, ad carinam scabra; superior cum seta sua divisionem aristae superans: setae tenuissimae, rectae. *Corolla* cylindrica, coriacea, acuminato - pedicellata, basi nudiuscula, superne elongata in *aristam inferne tortilem*, medio tripartitam: laciniis lateralibus patentibus ultrapollicaribus, media *longiore* (sesquipollicari), *crassiore*, hispidiore, horizontaliter *refracta*. Reliqua generis.

Hab. in America boreali.

21. *Cynodon tenuis.*

Culmus repens basi ramosissimus: ramis confertis (plerumque foliiferis intra squamam membra-

lacem carinatam procumbentibus), digitalis, fere ad spicam vaginatus, tenuis. *Vaginae* arctiusculae, striatae, glabrae: ramorum iuniorum tumidae, subcompressae, carinatae; suprema elongata. *Ligula* pilosula et utrinque piloso-appendiculata. *Folia* pollicaria aut semipollicaria, linearia, compresso-involuta, rigidiuscula, patentia, glaucescentia, glabra; summum breve. *Spicae tres aut quatuor* terminales, fasciculatae, erecto-patulae, vix pollicares. *Rachis partialis* linearis, subflexuosa, dorso convexa, glabra. *Spiculae* unilaterales, imbricatae, alternae, parvae, e fusco et flavido variae. *Calyx* patens, chartaceus, subcarinatus, glaber, flosculo *duplo brevior, subaequalis*, acutus: gluma inferior paullo minor. *Corolla* brevissime pedicellata, oblonga, *mutica*: valvula inferior coriaceo-chartacea, acuta, compressa, carinata, carina asperula; superior tenerior, angustior, aequilonga, acuta. *Lodiculae* squamae minimae, obtusae. *Ovarium* oblongum. *Antherae* (3) lineares. *Rudimentum* appressum, corolla dimidio brevius, pedicelliforme, squamula terminatum.

Hab. in America boreali.

(Vielleicht die wahre *Trachynotia iuncea Michaux?*)

22. *Cynodon elongatus.*

Culmus (abscissus) pedalis, teres, *filiformis*, asperulus, glaucescens, sub spicis flexuosus, lon-

penè nudus. *Vaginae* arctiusculae superne tumescentes, striatae, glabrae, ad oram utrinque villis aliquot barbatulae. *Ligula* brevissima. *Folium* (quod aderat) digitale, lineare, angustissimum, planiusculum, retrorsum scabrum. *Spicae* terminales quatuor *digitatae*, fere sesquipalmares, graciles, erectae, patulae, purpurascentes. *Rachis part.* subtrigona, tenuis, carina scaberrima. *Spiculae* unilaterales, alternae, imbricato-erectae, brevissime pedicellatae, *lanceolatae*, non computatis setis lineas fere tres longae. *Calyx* membranaceus, maxime *inaequalis*; gluma inferior triplo minor, lineari-lanceolata, uninervis, acutissima, patula; superior corolla vix brevior, lanceolata, subadpressa, trinervis, nervo medio in mucronem s. *setulam* excurrente. *Corolla* lanceolata, brevi-pedicellata: pedicello obconico, villoso: valvula inferior chartacea, trinervis, ad nervos scabra, apice *bifida*, nervo medio in *setam* quadruplo longiorem excurrente; superior tenera, bicarinata, paullo brevior, inclusa, brevissime bidentata, subcondu-plicata. *Lodiculae* squamae brevissimae pedicello *ovarii* (oblongi, bicornis) appressae. *Filamentum* non nisi unicum vidi. *Rudimentum* pedicelliforme squama (*setigera* terminatum: seta valvulae inferioris seta triplo brevior.

Hab. in India orientali.

(In der Sammlung des Herrn Barons v. Jacquin.

sah ich zwey Exemplare dieses Grases unter dem Namen *Agrostis filiformis König* aus dem Banksischen Herbarium.)

23. *Hierochloë glabra.*

Radix pennae corvinae crassitie, fibrosa, atro-fusca, stolonibus repens. *Culmus* spithameus, rectus, tenuis, glaber, striatus. *Vaginae* longae, striatae, tumidae, pubescentes. *Ligula* obsoleta. *Folia* radicalia marcida (brevia); caulina (1 — 2) brevissima, linea vix longiora, oblonga, acuta. *Panicula* circiter pollicaris, patens, subpyramidata. *Rami* geminati, glabri, tenues, superiores flexuosi. *Spiculae* maiusculae, compressae. *Calyx* subhyalinus, triflorus, flosculos aequans: glumae naviculares, acutae, glabrae, aequales. *Flosculi* 2 *inferiores* masculi: *Corolla* bivalvis: valvula inferior spadicea, membranaceo - chartacea, obsolete 5nervis, subtruncata, glabra, marginibus tenuissime ciliata; superior hyalina, angusta, falcata, conduplicata, bicostata et bicuspidata, inferiore fere longior, glaberrima. *Stamina* 3. *Antherae* lineares, flavae. *Lodiculae* squamae lanceolatae, minimae. *Flosculus superior* hermaphr. minor, lanceolatus: valv. inferior chartacea, carinata, acuta, involuta: carina apicem versus pectinato - ciliata; arista nulla. superior ecostata, hyalina, integra, glaberrima. *Lodicula* marium. *Ovarium* hinc gibbum. *Styli* connati. *Stamina* 2.

Hab. in Dauria.

(Scheint der *Hierochloë fragrans* nahe zu stehen; unterscheidet sich aber: hermaphrodito apice laevi, calyce flores aequante nec iisdem multo longiore.)

24. *Pholiurus graecus.*

(*Rottbölla digitata Sibth.*)

Da ich die Smith'sche Beschreibung nicht vor mir habe, so setze ich blofs die der Blumen nach eigner Untersuchung her. Articuli racheos biflori: spicula altera sessilis, altera lateralis pedicellata: pedicellus forma articuli racheos. *Spiculae* lineari-lanceolatae, ambae aequales semipollicares. *Calyx* coriaceo-herbaceus, acutus, biglumis, biflorus: gluma inferior anterior, paullo longior. Flosculus uterque fertilis, (interior mere femineus?). *Corollae* calyce paullo breviores, lineari-lanceolatae, acuminatae, membranaceae, bivalves, aequales. *Lodiculae* squamae acutae. *Stam.* 3. *Antherae* lineares.

Hab. ad latera fossarum Graeciae.

25. *Uniola gracilis Mich.*

Culmus 4-, 5pedalis, erectus, rigidus, attamen tenuis, inferne crassitie pennae corvinae, compressiusculus, parum foliosus, glaber, nodis pube brevissima tectis. *Vaginae* internodio breviores, compressae, superne carinatae et hiantes, laxiusculae, striatae, glabrae. *Ligulae* loco intus extusque annulus pilo-

rum. *Folia* sesquipedalia, linearia, angusta, compressa, carinata, firma, glabra, erecta. *Panicula* racemiformis, simplex, rara, stricta, pedalis et altior. *Rami* solitarii, pollicares, distitissime alterni, patentes, mox supra basin floriferi. *Spiculae* simillimae *Diarrhenae americanae*, et plerumque paullo minores, brevissime pedicellatae, solitariae l. binae, sparsae, obconicae, compressae, fuscescentes. *Squamae calycem communem mentientes* 3, alternae, distichae, coriaceae, obtusae, subcarinatae, imbricatae, deorsum minores. *Flosculi completi* 3, 4 superiores, maiores, bivalves: valvula inferior ovata, acuta, coriacea, carinata, striatula; superior brevior, concavo-navicularis, bicostata, acuta. *Lodiculae* squamae minimae, oblongae. *Semen* oblongum, compressum, pedicellatum, apice cuspidatum.

Hab. in America boreali.

(Form der Aehrchen und Habitus weichen sehr von Uniola ab, und erinnern ganz an *Diarrhena*; die Structur der erstern an *Bambusa*.)

26. *Poa iaponica Thunb.*

(*Eragrostis tenella β.* L. S. V. ed. R. et S. II. p. 576.)

Culmus (forte bipedalis) inferne compressiusculus et *ramosus*, tenuis, striatulus, glaber, ad paniculam usque vaginatus. *Vaginae* longitudine internodiorum, arctiusculae, striatae, glabrae. *Li-*

gula brevissima. *Folia* (culmea) compresso-*involuta*, striata, angusta, exsecta, summo scabriusculo excepto glabra. *Panicula* fere *pedalis*, recta, aequalis, *subcylindrica*, patula. *Rachis* subaequa, glabra, subangulata. *Rami* inferiores subverticillati, superiores alterni, a basi ad imum ramosi et ramulosi, erecti, apice paullo flexuosi: ramuli breves, patentes, scabri. *Spiculae* minimae, compresso-convexae, oblongae, 6-, *florae*. *Calyx* flosculis multo brevior: glumae carinatae, concavae, obtusae, plerumque emarginatae, supra medium carinae hispidiusculae: inferior paullo minor. *Flosculi* oblongi, *basi liberi*, subdistiche imbricati: valvula inferior tricostata, obtusa, supra medium carinae hispida; superior minor, subconduplicata, obtusa, subbifida, bicostata: costis supra medium hispidis. *Semen* subrotundo-oblongum.

Hab. in Iaponia.

(Trotz des trügerischen Habitus eine vollkommene *Poa*.)

27. *Centotheca lappacea Desv.*

Culmus circiter sesquipedalis, erectus, subangulatus, striatus, glaber, fere ad paniculam usque foliosus, inferne plerumque ramosus, superne compressiusculus. *Vaginae* internodiis longiores, striatae, glabrae, compressae: inferiores laxae, superiores arctae. *Ligula* brevissima, fimbriata. *Folia* lanceolato-oblonga, acuminata, basi subcordata,

calmum amplectentia, subcompressa, multistriata, loco carinae nervo tenui notata, pollicem aut sesquipollicem lata, quatuor aut quinque pollices longa, glabriuscula, margine hispida, patentia. *Panicula* sesquipedalis et altior, junior contracta et subfastigiata, adulta divaricatissima. *Rachis* angulata, glabra, amethystino-glaucescens. *Rami* simplicissimi, racemosi, modo solitarii modo semiverticillati, parum flexuosi, demum horizontales et recurvi. *Spiculae* Poae trivialis paullo maiores, glaucae, lanceolatae, compressae, alternae, pedicello ipsis plerumque longiori pilosulo insidentes; ad basin ramorum pedicellus unus alterve (ut et terminalis) elongatus. *Calyx* 2-v., 3florus, flosculis dimidio brevior, coriaceo-herbaceus: glumae dissitae, carinatae, compressae, glabrae, apice in mucronulum hispidum exeuntes: inferior paullo brevior 7nervis; superior 3nervis. *Flosculi*, infimo excepto, pedicellati (loco supremi rudimentum callosum pedicellatum): *Infimi* valvula inferior lanceolata, herbacea, carinata, 5nervis, glabra, mucronulata; *superiorum* a medio ad apicem margine setulis albis, pellucidis, basi subgeniculatis, distincte ciliata. Valvula superior subfalcata, bicarinata, conduplicata, apice integra, flexurae angulis superne tenuiter ciliata. *Lodiculae* squamae minimae, obtusae. *Ovarium* gibbum.

Hab. in India.

(Linné sah das untere nackte Blümchen für die dritte Kelchglume an. Ich habe das Ovarium in allen Blümchen gefunden.)

28. *Calotheca brizoides Desv.*

Radix fibrosa. *Culmus* dodrantalis, erectus, gracilis, striatulus, scabriusculus, superne nudus. *Vaginae* tumidiusculae, scabriusculae, sulcato-striatae, subcarinatae. *Ligula* biapurita. *Folia* fasciculorum culmeaque pollicaria et bipollicaria, sulcata et subcarinata, involuto-setacea, rigida, vix scabriuscula. *Panicula* simplex, pauciflora, erecta, oblonga, patula. *Spiculae* magnae (fere Brizae maximae), oblongae. *Pedicelli* hispidi. *Calyx* 6- — 9florus, flosculis triplo brevior: glumae medio coriaceae et carinatae, margine late chartaceae, glabrae: inferior paullo minor, oblongo-lanceolata, acuta, 1nervis; superior oblonga, obtusiuscula, 3nervis. Flosculi arcte imbricati, distichi: spiculae rachi solubili in pedicellos brevissimos claviformes. *Corolla* basi pilis brevibus adpressis stipata: valv. inferior coriaceo-herbacea, viridis, aspera, 7nervis, nervo dorsali carinam formante atque in setam excurrente rectam, hispidam, valvula breviorem; margo valvulae utrinque auriculato-dilatatus, membranaceus; membrana plicata, utrinque ad setam spicis in dentem producta. Valvula superior minima, oblonga, coriacea, dorso complanata et pilosiuscula, marginem versus utrin-

que carinata et superne dense longeque ciliata; fronte subcomduplicata: duplicatura fere hyalina, apice in appendicem truncatam elongata. *Lodiculae* squamae emarginato - obtusae. *Semen* subrotundo - oblongum, hinc planum, inde convexiusculum et perinatum.

Hab. in Montevideo.

29. *Elymus mollis Herb. Gorenk.*

Radix nodosa, fibrosa, *repens*. *Culmus* tripedalis, erectus, inferne crassitie digiti, fistulosus, teres, tenuissime striatus, superne velutino - pubescens. *Vaginae* tumidiusculae, longae, sulcatae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Folia* radicalia ample vaginantia, involuto - compressa, sulcata, glabra; culmea pedalia, striata, inferne plana, apice involuto - subulata, pagina inferiore scabriuscula, margine hispida. *Spica* spithamea, erecta, subcylindrica, digiti crassitie. *Rachis* subflexuosa pubescens. *Spiculae* binae, nonnullae solitariae, subimbricatae. *Calyx sublateralis* circiter *7florus*, flosculis parum brevior: glumae coriaceae; *pube* molli tectae: inferior lineari - *lanceolata*, 3nervis; superior parum longior, apice villosior, latior, *lanceolata*, 5nervis: utraque acuta, carinata. Flosculus inferior sessilis, reliqui pedicellati: pedicello pubescente. *Corollae* valv. inferior coriaceo - herbacea, lanceolata, acutissima, subcarinata, 5nervis, *pube* tenuissima molli *vestita*; superior paullo

brevior, membranacea, conduplicata, bicarinata, ad flexuram angulata superne tenuissime ciliata. *Lodiculae* squamae lanceolatae ovarium pedicellatum villosum aequantes, pilosae.

Hab. in Camtschatca et in Ins. aleuticis.

Durch die Gestalt des Involucrum (Kelches) Agropyron nahe stehend; übrigens mit deutlicher Alternation dieser Kelchschuppen!)

30. *Pappophorum phleoides* Ht. Mus.

Hab. in rupestribus siccis ad Dshiddam Arabiae felicis.

Die bey Röm. und Schult. (L. Syst. v. II. p. 616.) als gleichlang und nackt beschriebenen Kelchglumen am cultivirten Grase sind an wilden Exemplaren minder gleichlang und an der Carina mit kurzen am Ende drüsigen Härchen besetzt.

31. *Donax bifarius.*

(*Arundo bifaria Retz.*)

Culmus (abscissus) computatis vaginis ipso apice crassitie digiti minimi, teres, fistulosus, foliosissimus, ad paniculam usque vaginatus. *Vaginae* altera alteram vaginans, ab eodem nodo duae (et forte plures?) ideoque internodio multo longiores, arctae, teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, semilunaris. *Folia* plurima (in parte culmi superiore dodrantali, quam vidimus, sex), disticha, pedalia, sensim paullo breviora, patentia, plana, lineari-lanceolata, pollicem lata, apice extremo

attenuato - acutissima, crassiuscula et firma, subtus tenuissime striata et nervo medio angusto ad medium usque percursa, margine membranaceo hispida. *Panicula* dodrantalis, oblonga, contracta, densa, erecta. *Rachis* angulata, striata, glabra. *Rami* semiverticillati, plures, erecti, a basi ramosi et mox floriferi. *Spiculae* magnitudine Phragmitis, triflorae. *Calyx* flosculos subaequans, membranaceus: glumae lanceolato-lineares, acuminatae, trinerves, distinctiusculae: inferior paullo longior. Flosculus infimus brevius, superiores longius pedicellati: pedicello nudo. *Corollae* valv. inferior membranacea, lanceolata, acuminata, trinervia, nervo medio in acumen longius, lateralibus in breviora excurrentibus, basi dorsi villosa: villis ipsa tertiam partem brevioribus. Valvula superior fere triplo minor, tenuior, bicarinata et bidentata, conduplicata. *Lodiculae* squamae parvae. *Stamina* 3. *Antherae* lineares, *ovarium* oblongum.

Hab. ad fossas Indiae orientalis.

32. *Chloris confertifolia.*

Culmus sesquipedalis, erectus, compressus, striatus, glaber, ex articulis infimis fibras emittens radicantes, longissimas, medio ramosus et foliosus, superne nudus. *Vaginae* compressae, striatae, glabrae. *Folia* plurima, confertissima, disticha imbricata, digito longiora, linearia, compressa, carinata, obtusa, glabra, striata, articulorum

priorum decidua. *Spicae* terminales *subsenae*, palmarés, erecto-patulae. *Rachis* angulata, filiformis, striata, glabra. *Spiculae* biseriales, imbricatae, unilaterales. *Calyx* biflorus, paleaceus, persistens, flosculis duplo brevior: gluma inferior paullo minor, carinata, acuta; superior oblonga, apice *bifida*, carinatae carina in *mucronem* excurrente. *Flosculus* completus sessilis, bivalvis: valvula inferior ephippiiformis, expansa subrotunda, *acuminata*, coriacea, dorso glabra, spadicea, *margine albo-villosa*; superior aequilonga, inclusa, lanceolato-falcata, bicostata, flexuras angulis tenuissime ciliata. *Lodiculae* squamae minimae, oblongae. *Flosculus imperfectus* pedicellatus, univalvis, coriaceus, oblongus, truncatus, compressus, nudus.

Hab. in Insula Sanctae Catharinae.

33. *Holcus tenuis.*

(*Hierochloë parviflora* Presl. Gr. Sic. p. 11.)

Radix, fibrae tenues, parvae. *Culmus* spithameus, erectus, articulatus et medio subgeniculatus, tenuis, teres, glaber, fere ad apicem usque foliosus. *Nodi* inermi barbati. *Vaginae* internodii breviores, medio [illegible], striatae, glabrae. *Ligula* brevis, truncata, denticulata, [illegible]. *Folia* sesquipollicaria, pollicaria et breviora, linearia, acuminata, plana, basi subcordata, striata, margine scabra: summum undique vissimum. *Panicula* vix

pollicaris, contractiuscula, subovata. *Rachis* tenuis, superne pilis adspersa. *Rami* pauci, bini l. solitarii, inferiores ramulosi, pilis brevibus vestiti, sub calyce in nodulum incrassati. *Spiculae* minusculae, erectiusculae. *Calyx* subpaleaceus, biflorus, flosculis longior: gluma inferior paullo minor et angustior, uninervis, carina scabra; superior trinervis; utraque acuminata. Uterque flosculus completus, chartaceus, carinatus, glaber: inferior pedicello cartilagineo hinc cornuto insidens, oblongus, obtusus, muticus; superior stricte pedicellatus, eiusdem formae: valvula inferior basi albo-barbata, sub apice aristam basi flavam medio geniculatam, calyce paullo longiorem emittens. *Lodiculae* squamae oblongae, ovario minores. *Antherae* breves, oblongae. *Semen* subrotundo-oblongum.

Hab. in pratensibus montium Nebrodensium Siciliae.

34. *Pennisetum iaponicum.*
(*Cenchrus purpurascens* Thunb.)

Culmus bipedalis, striatus, superne scabriusculus *pilis*que albidis adspersus. *Vaginae* striatae, glabrae. *Ligula* obsoleta. *Folia* praelonga, culmum superantia, involuto-*compressa*, *glabra*, *striata*, rigidula. *Racemus* spithameus, *laxus*, nutans, crassitie digiti minimi. *Rachis pilosa*, superne flexuosa. Pedicelli bini l. solitarii, sparsi, pilis brevissimis albidis vestiti, longitudine spicularum. *Involucrum* multisetum, *atropurpureum*:

setae scabrae, nonnullae spicula 4-, 5plo-, reliquae eadem paullo longiores. *Spicula* oblonga, lanceolata. *Calyx* flosculis brevior, membranaceo-herbaceus, biflorus: gluma inferior pusilla, subrotunda; superior flosculis duplo brevior, ovato-lanceolata, 5nervis, superne purpurascens. *Flosc. neuter* 1valvis, membranaceus, lanceolatus, multistriatus, hermaphrodito vix brevior, eumque late obvolvens. *Flosc. hermaphr.* chartaceus, lanceolatus, acutissimus: valvulae subaequales, inferior superiorem obvolvens. *Lodicula* nulla. *Semen* atrofuscum ovale, stylo 1 longe coronatum.

Hab. in Laponia.

35. *Pennisetum articulare.*

Culmus basi *procumbens*, cubitalis, *ramosissimus*, striatus, inferne compressus, superne teres, filiformis, scabriusculus. *Internodia* (circiter 12) vix pollicaria, singula ramosa: ramis foliiferis. *Vaginae* internodio longiores, striatae, pilis tenuissimis albis adspersae. *Folia* longitudine culmi, plurima, anguste-*linearia*, scabriuscula: fasciculorum ramorumque involuto - filiformia; culmea plana, inferne pilis adspersa. *Spica* bipollicaris subnutans, *flavescens*. *Rachis* pubescens, flexuosa. *Involucrum* multisetum: setae stramineae, spicula paullo longiores, *flexuosae*, *scabrae*. *Spiculae* approximatae, solitariae, rarius binae, sessiles. *Calyx* biflorus, flosculis duplo brevior, gluma in-

ferior; 1nervis, paullo minor; superior 3nervis; utraque membranacea, acuminata. *Flosc. masculus* 2valvis: valv. inferior membranacea, 5nervis; superior enervis; utraque acuminata. *Flosc. hermaphr.* ut masculus, quo vix minor. *Lodicula* nulla. *Stamina* 3. *Ovarium* hinc gibbum. *Styli* basi connati.

Hab. in Insula Nucahiwa.

36. *Setaria rariflora*, *Mikan.*

Culmus bipedalis, erectus, *gracilis*, subfiliformis, ad nodos (4) nequaquam geniculatus, compressiusculus, striatus, imprimis superne *pubescens*, ramosus; sub racemo nudus. *Vaginae* longitudine variae, arctae, superne hiantes, compressae, subcarinatae, striatae, tenuissime pubescentes. *Ligula* brevissima, barbulata. *Folia* pedalia, linearia, utrinque attenuata, plana, lineas 2 lata, flaccida, nervo pallidiore percursa, tenuissime striata, scabra, imprimis basin versus pube brevissima tecta, superiora racemum aequantia. *Panicula* racemiformis, *interrupto - rara*, recta, ultrapalmaris, lineari - angusta. *Rachis* flexuosula, sulcato-angulata, e punctis asperis patenti - *hirsuta*. *Rami* breves et brevissimi, a basi floriferi, 2-, 4flori, alterni, solitarii l. bini, erecti. *Pedicelli* dorso quasi alati *seta unica longa* flexuosa et scabra, uni - l. biflori: spiculis arcte cohaerentibus: altera subinde imperfecta. *Spiculae* circiter Milii magnitudine,

virides, oblongae, acutae. *Calyx* herbaceo-membranaceus, glumis latis, altera alteram obvolvente: inferior duplo minor, rotundata, acuta, trinervis; superior flosculos aequans et arcte obvolvens, oblonga, acuta, 5nervis: nervis apice incrassatulis. *Flosc. neuter* bivalvis: valvula inferior longitudine et substantia glumae superioris, trinervis; superior rotundata, plana, tenera, acutiuscula. *Flosc. herm. transversim undulatus*, albidus, generis.

Hab. in Brasilia.

(Ich bin ungewiſs, ob dieses Gras nicht vielleicht das *Panicum caudatum Lam.* sey.)

37. *Ischaemum rugosum Gärtn.* (Carpol. Vol. III. t. 181.)

Culmus erectus, adscendens, pedalis, 4-5nodis, ad nodos geniculatus et barbatus, ramosus, angulatus, glaber, sub spicis sensim incrassatus. *Vaginae* laxae, striatae, glabrae: inferior internodio longior, reliquae breviores, suprema medio tumida. *Ligula* exserta, oblonga. *Folia* lineari-lanceolata, inferne carinata, superne plana, glabra. *Spicae* 2 conjugatae, pollicares aut paullo longiores. *Rachis* articulata: articulis bicruribus longitudinaliter barbatis: crure altero articulum superiorem excipiente, altero florifero; ad latus singuli ex eadem cum articulo basi spicula alia sessilis. *Sessilis: Calyx* biglumis, 2florus, flosculis longior: gluma inferior coriaceo-chartacea, pallide virens,

apice membranaceae, obtusae, tenuiter ciliata, rugis transversalibus arcuatis 5 — 7 notata; superior chartacea, triangulari - carinata, acuta, aequilonga. *Corolla mascula* hyalino - chartacea, bivalvis, oblonga, acuta. *Stam.* 3. *Cor. hermaphrodita* minor, hyalina, bivalvis: valv. inferior bifida, inter lacinias *aristam* emittens tortilem, inferne fuscam, medio geniculatam, superne albescentem; valv. superior acuta. *Lodiculae* squamae truncatae. *Stigmata* purpurea, plumosa. *Semen* oblongum, bicorne. *Pedicellata spicula* sessili similis, mutica, plerumque vero tabescens.

Hab. inter segetes Indiae orientalis.

(Gärtner's und Salisbury's Pflanze scheint mir durchaus dieselbe.)

38. *Pleuroplitis Langsdorfii.* (Fund. Agr. p. 175.)

Culmus prostratus, multinodis, bipedalis, subangulosus, glaber, ramosissimus, ad genicula inferiores radicans. *Vaginae* numerosae, internodiis plerumque breviores, pollicares aut semipollicares, sulcatae, pilis patentibus e bulbulis hirsutae, superiores vero laeviusculae, basi barbatae. *Folia* brevia, latissima, lanceolata, basi cordato - amplexicaulia, scaberrima, acuminata, striata, absque nervo dorsali. *Pedunculi* terminales et axillares, elongati, filiformes. *Spicae* 2 — 5, subfasciculatae, semipollicares aut paullo longiores, confertae. *Rachis* articulata, solubilis, teretiuscula, 3 — 5flo-

ris spiculis alternis, adpressis, oblongo-lanceolatis. *Calyx* sub-biflorus, flosculo longior: gluma inferior herbacea, 5nervis, lanceolata, acuta, carinata, ad nervos hispida; superior paullo longior, chartacea, carinata, cuspidata, ad carinam hispida. *Flosculi neutrius* loco mera *arista* basi valvulae superioris hermaphroditi adstans, tortilis, fusca, calyce duplo longior. *Flosc. hermaphr.* bivalvis, inversus: valvulae hyalinae, aequales, acutae, calyce fere duplo breviores. *Lodicula* squama unica, lata. *Ovarium* oblongum. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa, fusca. *Stamina* 2. *Antherae* oblongae, flavae. *Semen* cylindricum, tectum.

Hab. in Nangasaki.

39. *Goldbachia Mikani.*

Culmus orgyalis, erectus, fistulosus, inferne (non computatis vaginis) crassitie pennae aquilinae, striatus, glaber, simplex, superne nudus, 5-, 6nodis: nodi brevissimi retusiusculi. *Vaginae* internodiis breviores, tumidiusculae, striatae, inferne glabrae, supreme pilis brevissimis hispidae. *Ligula* nil nisi margo semilunaris. *Folia* semiamplexicaulia, ultrapedalia, lineari-lanceolata, plana, semipollice latiora, apice attenuatissima, striata, ad medium usque nervo medio albicante notata, inter strias glandulis minimis undique obsita et utrinque retrorsum strigosa, margine hispidissima, ut tota planta pallide glauco-viridis. *Panicula* circiter sesquipedalis,

erecta, spica paullo nutans, lineari-oblonga, densa, multiflora. *Rachis* pennae gallinaceae crassitudine, teres, aequa, superne sulcato-angulata et nonnihil flexuosa, scabriuscula. *Rami* fere filiformes, dodrantales-digitales, a basi ramosi, striati, scabri, semiverticillati aut circumcirca positi, 2, 4 et plures; infimus solitarius, verticillis reliquis solitariis intermixtis; inferiores basi adpressi a medio, superiores patuli a basi floriferi. *Ramuli* subfastigiati, racemosi. *Pedicelli* cum spicula subarticulati ibique hinc brevissime barbati, plerumque bini: altero brevissimo, altero spiculae ipsius longitudine. *Spiculae* pallide virides aut ex viridi et amethystino variae, oblongae, parvae. *Calyx* chartaceus, herbaceo-striatus, biflorus: glumae dissitiusculae, oblongae, acutae, inaequales: inferior flosculis paullo brevior, 3nervia, ad nervos hispidula; superior illis nonnihil longior, 5nervis. *Flosculus neuter* bivalvis: valvula inferior substantia et forma glumae calycinae, obtusa, trinervis; superior subhyalina plus duplo brevior. *Flosc. hermaphroditus* neutro minor et angustior, cylindrico-oblongus, basi pilis corolla 4plo brevioribus stipatus, chartaceus, albus, bivalvis: valvula inferior apice obtuso *aristam* emittens duplo longiorem, refractam, inferne tortam et fuscam, superne aequam et albam; superior subaequilonga, acutiuscula. *Stamina* 2? 3? *Antherae* lineari-oblongae. *Stigmata* plumosa, exserta.

Hab. in Brasilia. (Entdeckt vom Herrn Prof. Mikan.)

40. *Panicum ornithopus.*

Radix fibrosa, brevis. *Culmi* palmares, spithamei aut paullo longiores, *prostrati*, inferne geniculati, tenues, striati, glabri. *Vaginae* hiantes, striatae, glabrae: inferiores basin versus pilis aliquot e bulbulis oriundis obsitae. *Ligula* aut truncata, aut acutiuscula. *Racemi* terminales plerumque *terni*, *alterni*, approximati, pollicares, patuli. *Rachis part.* linearis, plana, flexuosa. *Spiculae* binae, rarius solitariae; altera brevius altera longius *pedicellata*, subadpressae, oblongae. *Calycis* gluma inferior extrorsum sita, minima; superior flosculis brevior, nervis margineque *villosula*. *Flosculus neuter* univalvis, membranaceus, flexura margineque *villosulus*. *Flosc. hermaphr.* cartilagineus, oblongus, acutiusculus, longitudinaliter tenuissime striatus. Rel. generis.

Hab. in Ins. adscensionis.

41. *Panicum beckmanniaeforme Mikan.*

Culmus fere tripedalis, erectus, compressus, fistulosus, striatus, glaber, inferne leviter geniculatus; fere ad apicem usque vaginatus. *Vaginae* internodio breviores, laxae, subcarinatae, striatae, laeves. *Ligulae* loco barba pilorum brevissimorum semilunaris. *Folia* spithamea et longiora, lineari-lanceolata, plana, apice attenuata, striata, medio

subtus nervo pallido notata, pagina superiore margineque scabra. *Panicula* simplicissima, angusta, superne nutans, formata e *spicis* unilateralibus, erectis, sessilibus, solitariis, *alternis*, linearibus, quarum inferiores sesquipollicares et remotiores, superiores breviores magis approximatae. *Rhachis communis* compresso-angulata, striata, *glabra*, aequa, pro insertione spicarum erecto-adpressarum canaliculata; *partialis* planiuscula, flexuosa, margine hispida, spiculis angustior. *Spiculae biseriales*, alternae, approximatae, solitariae, brevissime *pedicellatae*, oblongae, acutae. *Calyx* membranaceus, biflorus, flosculis brevior: gluma inferior dimidio minor, truncato-*obtusa*, *trinervis*; superior *rotundata*, 5nervis. *Flosc. masculus* bivalvis, longitudine hermaphroditi: valv. inferior herbacea, 7nervis; superior hyalina. *Stam.* 3. *Hermaphroditus* cartilagineus, albus, nitidus, brevi-acuminatus, *transversim undulatus*. Rel. generis.

Hab. in Brasilia.

(Steht *P. fluitans Retz.* und *P.* [illegible] *Roth* am nächsten.)

42. *Panicum Helopus.*

(*Pan. hirsutum König* in der Sammlung des Herrn Barons v. Jacquin aus dem Banksischen Herbarium.)

Culmus circiter sesquipedalis, compressus, inferne geniculatus, striatus, glaber, *ramosus* (ramis floriferis), superne nudus. *Vaginae* internodio

breviores, laxae, compressae, pilis patentibus rariusculis hirsutae, striatae. *Ligulae* loco barba pilorum semilunaris. *Folia* lineari - lanceolata, acuminata, 2 - 3pollicaria, lineas tres lata, plana, striata, nervo medio tenui percursa, basi subcompressa et amplexicaulia, utrinque glabriuscula, margine undulato - crenulato superne hispida, inferne carinaque ciliata, pagina superiore pilis raris e glandulis minimis adspersa. *Panicula* simplicissima, subpalmaris, e *racemis alternis*, 8 — 9, patentibus, sensim confertioribus. *Rachis comm.* inferne compressa, hinc sulcata, nuda; superne argute triangularis, pilosa, parum flexuosa; *partialis* basi *villo* brevi obsita, triangularis, pilosula, bipollicaris et brevior, fere a basi florifera. *Spiculae* unilaterales, *biseriales*, alternae, approximatae, *maiusculae*, oblongo - subrotundae. *Pedicelli* brevissimi subclaviformes, persistentes, singuli extus *pilo* longiusculo muniti. *Calyx* membranaceus, hirsutus: gluma inferior minima, cordata, acuta, trinervis; superior flosculum neutrum aequans, acuminata, 5nervis. *Flosc. neuter* bivalvis: valv. inferior glumae cal. superiori simillima, trinervis, hirsuta; superior aequilonga, plana, glabra, hyalina. *Flosc. hermaphr.* subrotundus, compressus, albidus, *transversim rugulosus*: valv. inferior apice *mucrone* aristaeformi terminata. Rel. generis.

Hab. in India orientali.

(Sedit P. canescens Roth habe.)

43. Panicum Monachne.

Culmus (abscissus; videtur geniculato-adscendens et ultrapedalis) teres, striatus, glaber, farctus, ad nodos geniculatus, *ramosus*, ad paniculam usque vaginatus. *Vaginae* longitudine varia, arctiusculae, ad ramificationes paullo hiantes, striatae, glabrae. *Ligulae* loco barba pilorum brevium semilunaris. *Folia* linearia, erecto-patula, spithamea et breviora, firma, nervo medio percursa et subcarinata, inferne plana et semiamplexicaulia, superne compresso-involuta, striata, glabra: supremum erecto-strictiusculum, mediam paniculam aequans. *Panicula* spithamea, erecta, stricta, oblonga, *patula*. *Rachis* teres, striata, glaberrima, subaequa. *Rami* bini, erecto-patuli, glaberrimi, loco insertionis callosi, inferne nudi et stricti, superne ramosi, flexuosuli, ramulis ramulosis, demum capillaribus. *Spiculae* locustis Milii minores, oblongae, clausae, flavido-virides aut e fusco rubentes. *Calyx* membranaceus, fere paleaceus, biflorus: gluma inferior *suppressa*; superior fere longitudine flosculi masculi, oblonga, concava, *glaberrima*, obtusa, enervis. *Flosc. masculus* bivalvis: valv. inferior forma et substantia glumae calycinae, apicem versus subcarinata; superior subconduplicata, paullo brevior, membranacea, albida. *Stam.* 3. *Antherae* lineares. *Flosc. femineus* cartilagineo-

chartaceus, nitidissimus, oblongus, acutus, angustior, bivalvis: valv. superior subaequilonga. *Stigmata* exserta, plumosa.

Hab. in Insula Borbonia.

(In der Sammlung des Herrn Barons v. Jacquin, unbenannt. — Ich habe keine Spur von Filamenten in dem zweyten Blümchen gefunden, ungeachtet das Exemplar noch ziemlich jung war. Dies, und der Habitus des Grases, der mit der Burmann'schen Abbildung der *Meneritana* (Thes. Zeyl. p. 110. t. 47. f. 3.) und mit der von Burmann gleichfalls hierher gezogenen Plukenet'schen (tab. 300. f. 2.) übereinkommt, machen mich glauben, daſs dieses Gras zur *Isachne Br.* gehöre, obschon von Brown der Kelch biglumis angegeben ist, und beide Blümchen chartacei genannt werden. Wäre diese Vermuthung gegründet, so würde erhellen, daſs Isachne von Panicum nicht getrennt werden könne; denn die bloſse Abwesenheit der Filamente in einem weiblichen Blümchen reicht nicht hin zur Trennung so nah verwandter Bildungen. — Uebrigens beweist dieses Gras die Suppression der untern Kelchglume am deutlichsten, da die scheinbar zweyte anwesende, obere, mit der membranösen Valvel des flos masculus eine völlig zusammenhängende corolla bivalvis bildet.)

44. *Panicum latissimum Mikan.*

Culmus (abscissus; cum panicula ultra - tripe-

dalis), crassitie pennae anserinae, fistulosus, parum flexuosus, teres, superne compressiusculus, striatus, glaber, sub panicula nodus et subangulatus. *Vaginae* internodia aequantes, compressae, striatae, glabrae. *Ligula* subadnata, bifida, truncata, striata, firma. *Folia* pedalia et breviora, *ovato-lanceolata*, plana, *palmam* lata, apice attenuato-acuminata, nervo medio vix prominulo pallido et non ad apicem usque percurso, subtus striata, undique et ad marginem membranaceum glabra. *Panicula* ultrapedalis, *oblongo-lanceolata*, acuminata, *nutans*. *Rachis* sulcato-angulata, aequa, glabra. *Rami* sparsi, plurimi, patentes, palmares sesquipalmares et sensim minores, triangulares, a basi ramulosi: ramulis brevissimis unilateralibus. *Spiculae* magnitudine Milii, oblongae, acutae, pallidae. *Calycis* gluma inferior *oblonga*, obtusiuscula, *trinervis*, flosculis tertiam partem brevior, basi sub lente *pilosula*; superior flosculos aequans, acuta, 5nervis, *glabra*. *Flosc. masculus* bivalvis: valv. inferior simillima glumae superiori, trinervis, margine sub lente *pilosula*; superior tenerior, aequilonga. *Stam.* 3. *Flosc. hermaphr.* lineari-oblongus, acutus, angustior, glaberrimus, generis.

Hab. in Brasilia.

45. *Panicum atrovirens.*

(*Aira ischaemoides König* in der Sammlung des

Herrn Barons v. Jacquin, aus dem Banksischen Herbarium.)

Culmus (abscissus, forte ultrapedalis), compressiusculus, striatus, ad nodos leviter geniculatus et *subramosus*, glaber, ad paniculam usque foliosus. *Vaginae* internodiis breviores, superne subhiantes margineque fissurae pilosulae, striatae, glabrae. *Ligula* barbata. *Folia* lanceolata, bipollicaria, plana, patula, striata, non nisi basi nervo medio notata, undique asperrima; ut totum gramen atrovirentia; supremum medium paniculam aequans. *Panicula* bipollicaris, erecta, paullo nutans, *oblonga*, *laxiula*, multiflora, *aequalis*. *Rachis* sulcato-angulata, flexuosa, glabra. *Rami* solitarii, alterni, mox supra basin remoti, flexuosi, laevius: ramulis rariusculis. *Spiculae orbiculares*, magnitudine Pan. miliacei. *Calyx* herbaceus, flosculis paullo *brevior*: glumae *subaequales*, concavae, multistriatae, ad nervos puncto-asperae, obtusae: inferior vix brevior. *Flosc. masculus* calycem excedens, hermaphrodito maior, ellipticus, bivalvis: valvula inferior concava, glabra, obsolete nervosa, pagina; superior plana, chartacea, subaequilonga. Stamina 3. *Antherae* lineares bifurcatae. *Flosc. hermaphr.* brevi-*pedicellatus*, orbicularis, glaberrimus, pallidus, ceterum generis.

Hab. in India orientali.

(Form, gleichlange Glumen und das pedicel-

liste Zwitterblümchen, sondern dieses Gras vielleicht generisch ab.)

146. *Andropogon Nardus* L.

Culmus (abscissus) multinodis, et *polyphyllus*, superne compressiusculus, ad paniculam usque foliosus. *Internodia* pl. min. pollicaria, inferiora laevissime arcuata, teretia, ramosa. *Vaginae* ramificationum internodiis longiores, culmeae aequantes, laxiusculae, striatae, glabrae, fauce utrinque brevis auriculatae: *appendiculis* erectis, ligulam mentientibus. *Ligula vera*, membranacea, exserta, eroso-truncata. *Folia* lanceolato-linearia, erecto-patentia, in specimine sicco quod vidimus (in herbario ill. L. B. a Jacquin) vaginis tortis unilateralia, spithamea, lineas circiter 2½ lata, plana, filiformi-attenuata, undique glabra, nervo medio obsolete percursa, striata: suprema paniculam superantia. *Panicula* a vagina suprema 3-4pollicaris, erecta, subcontracta, *foliolosa*, formata e pedunculis primariis duobus: altero breviori paucifloro, altero longiori paniculam proprie formante, iterum ferente vaginas (angustiores et breviores foliolo terminatas), e quarum sinu exeunt pedunculi eodem modo *proliferi*: pedicelli singuli gerunt *spicas* binas conjugatas, primo erectas, dein divergentes, lineares, circiter semipollicares, plerumque spicularum paria quatuor ferentes. *Spicula* altera sessilis, aristata, hermaphrodita: *Calyx* biglumis, uniflorus; glumae

coriaceo - chartaceae, subaequales, glabrae: inferior lineari - oblonga, subcomplanata, obtusiuscula, ad latera superne carinata angulis hispidis; superior paullo brevior, lanceolata, acuta, subtriangularis. *Corolla* inversa, hyalina: valva inferior angustissima, brevior, bifida, inter lacinias emittens *aristam* triplo longiorem tortilem, fuscam, medio geniculatam, apice flaventem; valva superior longitudine fere calycis, lanceolata, acuta. *Ovarium* oblongum, *stigmata* exserta, atropurpurea. *Stam.* 3. *Antherae* lineari-oblongae. *Lodiculae* squamae collaterales, truncatae. *Flos pedicellatus*: pedicellus articuliformis, candide villosus. *Calyx* biglumis: gluma inferior lanceolata, herbacea, acuta, superiorem membranaceam paullo breviorem obvolvens. *Corolla* nulla.

Hab. in India orientali. — Das Exemplar des Herrn Barons v. Jacquin von Commerson aus der Insel Bourbon.

(Species wie dieses, *Andropogon Schoenanthus* und ähnliche bilden den Uebergang zu *Ischaemum*.)

47. *Andropogon incurvatus König* (in coll. Jacquini ex herbario Banks.)

Culmus (abscissus) sesquipedalis, vix pennae corvinae crassitudine, farctus, teres, glaberrimus, infra spicarum fasciculum pubescens, trinodis: nodis incano-barbatis, supremo leviter geniculato

inferioribus ramosis: ramis floriferis. *Vaginae* internodiis multo breviores, striatae, glabrae, carinatae, fauce intus pilis adspersae. *Ligula* brevissima, ciliatula. *Folia* spithamea sensim breviora, erecta, linearia, sensim attenuata, subcompressa et carinata, striata, undique glabra praeter paginae superioris basin pilis longiusculis adspersam. *Spicae ternae* aut *binae*, ramificationum inferiorum solitariae, bipollicares, *nutantes* et *curvulae*, viridi-flavae, crassitie pennae gallinaceae, brevipedicellatae, confertae, *alternae*; pedunculis pube tectis. *Rhachis partialis* articulata: interstitiis incurvis, articulis albo-barbatis: infimis tribus aut quatuor uni-, reliquis bifloris. *Spiculae* imbricatae: *altera sessilis hermaphrodita*, *latus spicae superius tenens*: *Calyx* biglumis, flosculo paullo longior; herbaceo-coriaceus: gluma inferior *subrotunda*, 10striata, inferne pubescens, margine superiore ciliato-hispida, lateribus inflexis; superior lanceolata, carinata, 5nervis, dorso superne ciliato-cristata. *Corolla* bivalvis, hyalina: valv. inferior linearis, angustissima, excurrens in *aristam* longissimam, tortilem, tenuissime flexuosam, geniculatam, spadiceam; valv. superior oblongo-lanceolata. *Lodiculae* squamae collaterales, truncatae. *Stigmata* angusta. *Stam.* 3. *Antherae* lineari-oblongae. *Spicula altera pedicellata* mascula vel neutra, *latus spicae inferius tenens*. *Ca-*

lyx bighmis: gluma inferior hermaphroditi; superior lineari-oblonga, inclusa. *Corolla* hyalina, bivalvis, mutica.

Hab. in India orientali.

(Scheint ganz von *A. incurvatus* Retz. abzuweichen, wenn dieser nicht, wie es fast scheint, irrig beschrieben ist. — Wahrscheinlich wird *Lepeocercis* wieder mit Andropogon vereinigt werden müssen.)

48. *Chrysopogon montanus.*

(*Andropogon montanus König* in der Sammlung des Herrn Barons v. Jacquin aus dem Bankischen Herbarium.)

Radix fibrae durae, flexuosae, spadiceae. *Culmus* erectus, flaccidus, dodrantalis, 6 — 8nodis, teres, superne filiformis et ad paniculam usque vaginatus, inferne (praesertim medium versus) *ramosissimus*: ramis foliiferis. *Vaginae* culmeae internodio breviores; ramificationum longiores, laxae, strictae, glabrae. *Ligula* obsoleta. *Folia* digitalia et breviora, erecto-patula, linearia, lineam lata aut paullo latiora, acuta, juniora et culmea compressa; inferiora planiora, glabra, margine scabriuscula. *Panicula* bipollicaris, erecta, laxa. *Rachis* tenuis, laevis. *Rami* simplices, adscendendo-erecti, laxi, subverticillati, in verticillis tribus seni ternive) elongati, fere capillares, glabri, apice floriferi. *Spiculae* terminales ternae, lanceolatae,

pilis rufis involucratae; mediis sessilis hermaphrodita: *Calyx* lineari - oblongus, coriaceus, obtusus, uniflorus: gluma utraque involuta: inferior latior 3nervis, nervo medio *pilis rufis* longiusculis *ciliata* apiceque in *setam* subreflexam ochraceam triplo longiorem excurrens; superior linearis, paullo brevior, apice obtuso utrinque barbatula. *Corolla* hyalina: valv. inferior brevis, apice obtuso *aristam* longissimam, fuscam, parum tortilem, flexuosam, pilis raris adspersam emittens; superior longior. *Lodiculae* squamae collaterales, truncatae. *Stam.* 3. *Antherae* lineari - oblongae. *Stigmata* .... (nimis juvenilia). — *Spiculae pedicellatae* sessili paullo minores: pedicellus hinc rufo - *pilosus*. *Calyx* biglumis, uniflorus: gluma inferior coriaceo - herbacea, basin et apicem versus pubescens, 5nervis: nervo medio in *setam* duplo longiorem producto; superior angustior, acuta, uninervis. *Corolla* hyalina, mascula: valvulae lineari - lanceolatae, acutissimae, subaequales, pilis adspersae. *Stamina* 3.

Hab. in India orientali.

SPECIES PLANTARUM MINUS COGNITAE.

Fam. III. Lichenes.

1. *Lecidea parasitica* Flörk. deutsche Lich. n. 101.

L. crusta subnulla, apotheciis minutis depressis planis atris intus nigricantibus, margine tenui integerrimo.

L. alba Ach. syn. 24. Flörk. bot. Mag. 1809. p. 12.

In Porina pertusa et crusta sterili Lecanorae Turneri. Ad Nebram invenit Flotovius, velimus tribuamus.

2. *Lecidea badio-atra* Flörk.

L. crusta subiculosa tenuissima atra, ambitu tandem dendritico-fimbriata, secundaria verrucoso-areolata badia, humectata fusco-olivacea, areolis convexis demum planiusculis; apotheciis sessilibus planis margine erecto subpersistente, dein convexiusculis confluentibusque atris intus concoloribus.

In rupibus porphyriticis ad Kröllwitz. *Flotow.*

Conferatur cum L. *fumosa* et *fusco-atra*, ut discrimen eluceat.

3. *Lecidea Wallrothii* Flörk. ms.

L. crustae areolis subfoliaceis planis cohaerentibus, periphericis lobato-crenatis albicantibus, propagula sparsa aggregataque bullata proferentibus; apotheciis planis carneo-rufis lividis, demum nigricantibus, confluenti-difformibus, margine primum libero dilutiori, intus albo-incarnatis, strato sub lamina sanguineo.

In terra nuda apricum ad Bergschanke in Kröllwitz, wo man nach den Senff'schen Bänken geht.

Totus lichen maxime singularis; praeprimis propagula turgida, clavata vel pyriformia speciem podetiorum Cenomyces molariformis abortientis prae se ferunt, ac elapsa foveolas relinquunt. Corpuscula carnea, cyphellis similia, sparsa in senilibus exemplaribus rudimenta apotheciorum videntur. Coloris vicissitudines eaedem ac in Lecidea decolorante Flörk., licet apothecia maiora sint in nostra. Margo propter dilutiorem colorem thallodes apparens, sectus tamen eandem substantiam ac apothecia prodit. *Flotow*.

4. *Lecidea tessellata* Flörk. deutsche Lich. n. 64.

L. crusta tartarea rimoso-areolata alba nigro limitata, areolis planiusculis angulosis, apotheciis innatis aequalibus planis subconvexis marginatis, atris, intus farinaceis, albidis.

In rupibus porphyriticis ad Giebichenstein. *Flotow.*

Ad L. *epipoliam* accedens, distinguitur substantia interna apotheciorum albido - farinosa.

5. *Limborria sticticа* Ach. act. holm. 1817. p. 222.

L. crusta tenuissima arachnoideo - membranacea albo - canescente, apotheciis adnatis, limbo subinde elevato inflexo submarginante subregulari, demum concaviusculis atris, supra scabridis.

Cyphelium sticticum Ach. act. holm. 1815. p. 269.

In quercuum cortice ad Leimbach bey Querfurt. *Flotow.*

6. *Lecanora spodoxantha.* *

L. thallo effigurato lobato plumbeo glabro, lobis rotundatis, apotheciis flavidis concavis glabris margine thallode crenulato tumido cinctis.

Ad corticem arborum Guadelupae. *Bertier.*

7. *Lecanora caesiella* Flörk. ms.

L. thallo subfoliaceo disperso albido, apotheciis sessilibus concaviusculis scabris nigris, margine thallode inciso - crenato.

In psammite rubicundo ad Nebram. Constanter *Collemate velutino* Ach. (Neue Entd. 1. 230.) obsessa. *Flotow.*

8. *Lecanora nigricans* Flörk. deutsch. Lich. n. 91.

L. crusta subfoliacea subimbricata obscure cine-

reo-viridi subnigricante subtus nuda dilutiore, laciniis crenatis margine grumosis, apotheciis planis fusco-nigris, margine thallode crassiusculo integerrimo.

Ad rupes porphyriticas horti botanici. Ad populos et salices.

9. *Cornicularia Berterti.* *

C. thallo caespitoso ramoso, ramis compressis linearibus lacunosis denticulatis pallidis, apotheciis lateralibus orbicularibus carneis.

In fruticibus maritimis insulae S. Thomae. *Bertier.*

V. Musci hepatici.

10. *Blandovia striata* Willd. berl. Mag. 3. p. 100. t. 4. f. 2.

Marsilea terrestris minima angustifolia nigricans flore bipartito *Michel. nov. gen.* p. 6. t. 4. f. 5.

Anthoceros angustifolia flore brevi *Dill. hist. musc.* p. 477. t. 68. f. 3.

Torreyus, M. D., e novo Eboraco misit plantulam, quam fungum dixit. *Frons* cellulosa, lobata, erecta, subcrispa, faciem Anthocerotis prae se ferens, nisi quod colorem dignoscere nequeam. *Pedicelli* seu setae semiunguiculares. *Capsula* ovalis, bivalvis, dissepimento plano, cui sporulae seu semina subrotunda, albida adhaerent.

11. *Monoclea Forsteri* Hook. musc. exot. 2. t. 174.

Anthoceros univalvis *Forst. ms.*

In nova Caledonia.

Plantula Anthoceroti aut Iungermanniae epiphyllae quodammodo similis. E *frondis* lobatae extrema parte surgit setula sesquipollicaris, cui *capsula* insidet oblongo - cylindrica, striata, inclinata, dorso longitudinaliter dehiscens, quae, sine columella, semina plurima globulosa filis catenulatis affixa gerit.

12. *Iungermannia Arecae.* *

I. foliis imbricatis orbiculatis integerrimis, amphigastriorum triplici ordine, lateralibus oblongis apice fornicatis hinc excisis, mediis reniformibus apice emarginatis.

Ad truncos Arecae oleraceae in insula Portoricco. *Bertier.*

Simillima I. *platyphylla*, ut pro eadem habeas, ni amphigastriorum formam singularem conspexeris. Lateralia enim quodammodo ad formam I. tamariscifoliae et dilatatae accedunt, diversa tamen defectu pedicellorum, oblonga forma, et quod sub fornice terminali latus exterius excisum sit. Cf. I. *lobulata* Hook. t. 119.

13. *Iungermannia mastigophora.* *

I. surculis radicantibus, foliis remotis alternis ovatis nervosis serrulatis, amphigastriis lateralibus alternis similibus, sed multo minoribus.

Ex ora Americae meridionalis boreali. *Perrin.*

Surculi prostrati, pallidi, ex axillis foliorum radiculas exserunt. *Folia* et amphigastria simillima, sed haec multo minora, haud infra surculos, sed e latere sub quovis folio prodeunt. Elegans species, quam cum nulla alia componere possum.

14. *Iungermannia cellulosa.* *

I. surculis prostratis, foliis distichis ovatis crenulatis laxe cellulosis subdecurrentibus, adultioribus confluentibus, amphigastriis nullis.

In terra limosa Guadalupae. *Perrin.*

Perbella species, cuius folia quadantenus ad formam I. *ramosissimae* et *giganteae* Hook. musc. exot. 1: t. 92. 93. accedunt. Sed ab his omnibusque aliis differunt textu celluloso laxissimo, ut areolas folii fere numerare possis: marginales areolae prominulae crenulas formant. Elegantem formam adsumunt, demum confluunt folia, quo facto omnis frons sinuato - pinnatifida videtur.

XII. Piperaceae.

15. *Piper Blattarum.* *

P. caule fruticoso nodoso dichotomo, ramis pubescentibus, foliis alternis petiolatis oblongis utrinque glabris triplinerviis, spicis filiformibus elongatis.

Ins. Portoricco et S. Cruz. *Bertier. Balbis. Perrin.*

Similis *Peperomia colorata* Kunth. Humb. nov. gen. 1. p. 64. t. 11., sed huius rami glabri,

folia subtus colorata, rubra, spicae fasciculatae. *P. trinervis* Ruiz et Pavon. fl. peruvian. 1. p. 32. t. 50. f. 6. etiam magis similis, sed folia trinervia acuminata. Nostrae folia oblonga, obtusiuscula, utrinque glabra, punctis minutissimis pellucidis, duos pollices longa, sesquipollicem lata. *Spicae* subspithameae, filiformes, pubescentes, solitariae.

Blattis infestum, unde nomen.

XIV. Gramineae.

16. *Phalaris variegata.* *

Ph. radice tuberosa, foliis glabris convolutis setaceis, panicula oblonga spiciformi, glumis calycinis margine carinaque denticulatis, corollis glabris aristatis.

In Sicilia. *Jacob.*

Sine dubio cum Ph. bulbosa L. commutata fuit: quae differt corollis muticis maioribus, calycibus albidis, qui in nostra violacei sunt. *Ph. aristata* W. (Neue Schr. der berlin. Gesellsch. 3. 414.) differt glumis dorso pilosis et aristis e basi corollae, quum in nostra valva interior corollae apice aristam gerat glumae calycinae aequalem. *Ph. coerulescens* Desf. similis, sed corolla mutica. Id et de *Ph. minori* Bertol. (amoen. ital. p. 107.) indicandum, quae praeterea corollam habet trivalvem.

Gramen nostrum bellum. *Culmus* teres, rigidus, glaber, cubitalis et altior. *Folia* glauca, gla-

berrime, rigidiuscula, convoluta, subulata. *Ligula* mediocris, ovata. *Panicula* spiciformis, oblonga, erecta, glabra, sesquipollicem longa, semipollicem lata, e violaceo variegata. *Glumae* calycinae glaberrimae, valvis navicularibus, trinerviis, acute carinatis, margine carinaque denticulatis. *Corolla* bivalvis, membranacea, calyce duplo minor: valva interna apice aristata, arista calycem subaequante.

17. *Panicum microcarpon* Mühlenb. gram. p. 111. Torr. catal. novebor. p. 17. Elliott Carol. austr. p. 127.

P. paniculae erectae ramis glabris, glumis obtusis striatis hirsutis, foliis linearibus glabris, vaginis striatis ore pilosis.

Hab. in Carolina, Virginia et nova Caesarea. ♃.

Culmus teres, glaber, bipedalis, nodis glabris. *Folia* linearia, margine scabra, basi ciliata, ubi in vaginas abeunt; ligulae loco, fasciculus pilorum erectus. *Panicula* erecta, ramosissima, rachis glabra flexuosa. *Glumae* obovatae, obtusae, sulcato-striatae, subpurpurascentes, hirsutae. *Semen* parvum, albidum.

P. *diffusum* Sw. satis simile, differt flosculis glabris, acutis. P. *brevifolium* L., (*capillaceum* Lam., *trichodes* Sw.) foliorum brevitate et ligula aperta diversum.

18. *Milium pungens* Torr. in lit.

M. panicula erecta, valvis calycinis obtusis emar-

ginatis glabris diaphanis, foliis linearibus rigidis margine scabris.

Hab. ad Schenectady in Massachusetana ditione.

Similis *Agrostis rigidifolia* Poir., sed haec habet glumas exiguas fuscas, ceterum folia pariter rigida, apice subulata. *Glumae* calycinae laxae, hyalinae, obtusae, emarginatae. Milium n. 3. *Mühlenb. gram.* p. 78. quadantenus accedit, sed illius vagina dicitur superne margine pilosa, ligula barbata: glaberrimae hae in nostro.

19. *Milium racemosum* Smith in Rees cycl. n. 15.

M. panicula stricta racemosa, valvis calycinis acutis nervosis erectis, arista corollae pubescentis recta triplo longiore, foliis elongatis scabris, ligula nulla.

Oryzopsis melanocarpa *Mühlenb. gram.* p. 79.

Hab. in Pensylvania.

Culmus sesquipedalis, erectus, simplex. *Folia* lanceolata, margine scabra, nervosa, elongata. *Ligula* nulla: *vagina* striata. *Panicula* racemosa, simplex. *Calycis* valvae septemnerviae. *Corolla* pilosiuscula, nigrescens, arista valvae inferioris terminali corolla triplo longiore.

20. *Panicum tremulum.* *

P. panicula erecta, ramis subternis gracilibus glabris flexuosis, glumis striatis obtusiusculis, culmo compresso striato foliisque glabris.

Panicum n. 39. *Mühlenb. gram.* p. 127. *

In nova Caesarea.

21. *Poa Torreyana.* *

P. paniculae elongatae ramis subspicatis, spiculis secundis quadrifloris, valvis nervosis ovatis acutis, foliis elongatis glabris, ligula nulla.

Poa elongata *Torrey in litt.*

Poa n. 20. *Mühlenb. gram.* p. 152. (huic saltem congrua.)

Hab. in Massachusetana provincia Amer. borealis.

P. elongata *Willd. enum.* longe aliena, spiculis subdecemfloris variegatis, ligula ciliata. Nulli alii affinis.

XV. Iunceae.

22. *Iuncus serratus* Thunb.

I. culmo folioso trigono, foliis planis ensiformi-linearibus serratis, paniculae erectae vaginis perfoliatis.

I. serratus *Thunb. prodr.* 66. *Linn. suppl.* 208. *Rostk.* 36. *Enc. bot.* 3. 274.

In promontorio bonae spei.

Altissimus facile ac speciosissimus omnium. *Culmus* suborgyalis, trigonus (haud teres, ut LS.), foliosus. *Vaginae* laxae, subtrigonae, glabrae, superiores sensim folia superantes, ut tandem nullum supersit folii vestigium. *Folia* cubitalia, patentia, ensiformi-linearia, basi digitum fere lata, sensim

attenuata, striata, crassiuscula, remote serrata, rigida. *Panicula* erecta, subdodrantalis, ramis ovatis. *Glomeruli* florum subhexanthi vaginis perfoliatis scariosis suffulti. *Bracteae* scariosae sub quovis flore. *Corolla* calycina hexapetala, brunea, petalis oblongis, carinatis, erectis. *Stamina* sex. *Antherae* lineares flore sublongiores, flavidae.

23. *Iuncus cymosus* Lam. enc. 3. 267.

I. culmo tereriusculo aphyllo, foliis radicalibus linearibus strictis subulatis, paniculae subumbellatae floribus glomeratis, involucris inaequalibus lanceolatis, petalis aristatis.

In promontorio bonae spei legit *Bergius*.

Cum nimis brevis sit Lamarckii descriptio, addam necessaria, ut pateat, I. *capensem* Thunb. haud eumdem esse, quod suspicatur Willdenowius apud Rostkovium, (*iunc*, p. 36. 37.).

Radix nostri fibrosa. *Culmus* subcubitalis, strictus, simplicissimus, aphyllus, enodis, glaberrimus, fili emporetici crassitie. *Folia* omnia radicalia, linearia, basi vaginantia, margine membranacea, striata, duas lineas lata, subdodrantalia, ideoque culmo dimidio breviora, (longiora habet *Lam.*), erecta, stricta, apice valde attenuata, tandem subulata, marginibus scabris, subrevolutis. *Panicula* terminalis. *Rami* quinque aut sex, inaequales, erecto - patentes. *Involucrum* universale diphyllum, foliolis radicalium haud dissimilibus, inaequalibus,

striatis, subulatis, panicula brevioribus, appressis. *Involucra* partialia, lanceolata, subulata, scariosa, glomerulis aequalia, patentiuscula. *Flores* terni, quaterni, glomerati, flavo-brunei. *Petala* acuminata, aristata.

Accedit ad Iunc. *mutabilem* Lam., (subverticillatum Wulff. Willd., ericetorum Pollich., supinum Mönch.), sed huius folia canaliculata, culmus foliosus, involucra et petala haud subulata.

24. *Iuncus capensis* Thunb. prodr. cap. 66. Rostk. iunc. 36.

I. culmo compresso aphyllo, foliis radicalibus linearibus flaccidis culmum subaequantibus, paniculae ramis patentibus proliferis, floribus glomeratis, involucris petalisque exterioribus aristatis, interioribus obtusinsculis.

In promontorio bonae spei. *Bergius.*

Altior priori, subbrachialis. *Folia* simillima prioris, sed omnia flaccida, multo longiora, ut plerumque culmum aequent, vel angustiora, vel latiora etiam, basi vaginantia, glaberrima, apice haudquaquam subulata. *Culmus* compressus, subangulatus, glaberrimus, fili emporetici crassitie, erectus. *Panicula* terminalis, cernua. *Involucrum* universale foliaceum, diphyllum aut tetraphyllum, paniculam subaequans. *Involucra* partialia scariosa, aristata, glomerulos florum aequantia. *Flores* pallidi. *Petala* exteriora acuminata, aristata, interiora obtusiuscula.

25. *Iunci acutiflori* Ehrh. varietas capensis est I. *punctorius* Thunb. prodr. cap. 66., cuius culmus haudquaquam aphyllus, sed foliis duobus vestitus, folia apice attenuata, rigidiuscula sunt. Varietas americana est I. *acuminatus* Michaux p. 192. Pursh p. 237. Torrey catal. nov. Ebor. p. 36. sylvaticus Mühlenb. descr. gram. p. 206. polycephalus Dewey in lit. . . Iunc. acuminatus Elliott p. 409., qui idem ac I. echinatus Mühlenb. descr. gram. p. 207., est varietas I. lampocarpi Ehrh.

26. *Iuncus cephalotes* Thunb. prodr. 66. Rostk. iunc. p. 37.

I. culmo tereti aphyllo, foliis subensiformibus planis acutis, floribus capitatis involucrisque coloratis aristatis.

In promontorio bonae spei. *Bergius.*

Radix bulbosa, fibrillosa. *Culmus* spithameus, uncialis etiam, strictus, simplex, teres, aphyllus, glaber. *Folia* omnia radicalia, imbricata, basi latiora, ratione longitudinis; duas enim fere lineas lata, digitum aut pollicem longa, ensiformia, plana, glaberrima, striato-nervosa, acuta, culmo breviora. Culmus apice trifidus: florum glomeruli in quovis ramulo, quartus in media divisione, pisi aut avellanae molis, atropurpurei, basi involucris scariosis pallido-atropurpureis, aristatis, glomerulos subaequantibus, cincti. *Corollae* senae aut denae, atropurpureae, aristatae, erectae, glaberrimae.

I. *capitatus* Weig. (ericetorum Poll.) similis, sed hujus folia setacea, canaliculata, capitula solitaria.

27. *Iuncus lomatophyllus.* *

I. culmo teretiusculo aphyllo, foliis radicalibus ensiformibus integerrimis diaphano - marginatis, capitulis terminalibus pedunculatis, petalis exterioribus acuminatis, interioribus obtusiusculis.

In promontorio bonae spei. *Bergius.*

Radix fibrosa. *Culmus* dodrantalis, pedalis, strictus, basi angulatus, superne teretiusculus, glaber, simplex. *Folia* latissima, ensiformia, semipollicem lata, digitum aut spithamam longa, glaberrima, crassiuscula, pellucido - marginata, integerrima, acuta, culmo ter fere breviora. *Capitula* terminalia, pedunculata, erecta. *Involucra* scariosa, aristata, flosculos aequantia. *Corollae* senae in quovis capitulo: petala exteriora acuminata, interiora acutiuscula.

XIX. Liliaceae.

28. *Vellozia tertia.* *

Char. gener. Cal. corollinus superus profunde sexpartitus. *Stamina* 12 — 15, tribus fasciculis coadunata, laciniis perianthii accreta, *antheris* longissimis filiformibus. *Pistillum* simplex. *Stigma* bilobum. *Capsula* trilocularis.

Genus hoc a Vandellio (fl. lusit. et brasil. spec.

p. 112. ed. Römer.) stabilitum, in Icosandria ponitur, sed melius credo ad XVIII. classem, Polyadelphiam, pertinere. In methodo autem naturali sine dubio ad Coronarias, inter Crocum, Amaryllida et Galaxiam, numerandum.

Exemplar e Brasilia acceptum describam. *Truncus* herbaceus, foliorum vaginis compositus, spithameus, digitum crassus, subramosus, undique *Jungermannia flava* Sw. et *tamariscifolia*, *Cetraria* etiam supra albida, subtus rufa glabra, margine ciliis atris cincta, quam *brasiliensem* dixerim, obsessus: abit in *folia* triquetra, glabra, subulata, revoluta, fusca, digitum longa, vaginis latioribus extus hirsutis. E *spatha* bifida, lanceolata, apice ciliata, cetero glabra, striata, acuta, flavida nascitur *scapus* pollicaris, teres, asper, coronatus *ovario* teretiusculo, oblongo, aspero, cui insidet *calyx corollinus* cernuus, sexpartitus, laciniis spathulatis nervosis, albidis, sesquipollicaribus, patentibus. *Stamina* quinadena, tribus fasciculis tubo calycis adnata. *Antherae* pallidae, filiformes, tres pollicis quadrantes longae, calyce breviores. *Pistillum* teres, rectum, glabrum, stigmate bilobo coronatum.

Duas enumerat Vandellius species, sine nomine triviali, quarum altera capsulas glabras, scapum hispidum, altera utramque partem glabram et stamina sex reliquis maiora habet. Neutra nostra est.

XXVIII. Chenopodeae.

29. *Iresine glomerata.* *

I. ramis sulcatis dichotomis, foliis lineari-lanceolatis appresso-pilosis ciliatis, floribus pedunculatis glomeratis, calycibus trinerviis.

In Brasilia.

Ab omnibus diversa inflorescentia glomerata. Nec tamen minus certe Iresines species.

30. *Bertolonia paniculata.* * (T. 1. f. 1 — 4.)

Generis *Bertoloniae* (in honorem Anton. Bertoloni, Bononiensis, celeberrimi Botanici, dicitur) character genericus sequens est:

Calyx corollinus 6-, 7sepalus. *Cor.* 0. *Antherae* 12 sessiles bivalves. *Nectaria* 10 — 14. *Pistillum* carnosum stigmatibus 4 — 5 fungosis.

Phytolaccae proximum genus distinguitur partium calycinarum numero et filamentorum defectu. In systemate sexuali Dodecandriae adnumerandum, loco inter Blackwelliam et Sempervivum aptissimo. In methodo naturali Chenopodeis adscribendum, prope a Phytolaeca collocandum.

Bertolonia paniculata * est frutex brasiliensis, cuius *rami* glabri, fusci, *folia* opposita, petiolata, oblonga, utrinque glabra, apice basique attenuata, parallelo-venosa. *Panicula* terminalis, trichotoma, glabra. *Cal.* corollinus 6-, 7sepalus, duo sepala exteriora breviora, quatuor aut quinque interiora, subrotunda, obtusa, glabra. *Nectaria* 10

— 14. (fig. 3.) *Antherae* duodecim sessiles, ovatae, bivalves, valvis scariosis. (fig. 4. 6.) *Pistillum* columnare crassum, *stigmata* 4 — 5 fungosa. (f. 4.)

XXX. Thymelaeae.

31. *Terminalia discolor.* *

T. foliis obovato - oblongis integerrimis glabris subtus discoloribus, paniculae terminalis ramis angulato - compressis glabris, floribus octandris.

In Brasilia. *Otto.*

Rami glabri, fusci, compressi. *Folia* obovata, coriacea, basi attenuata, integerrima, venosa, supra laete viridia, subtus rufa. *Paniculae* terminales, axillares, erectae, ramis patentibus, angulato - compressis, glabris. *Calyx* quinquelobus, intus villosus. *Corolla* nulla. *Stamina* octo, calycem superantia. *Antherae* didymae, ovatae. Nonnulli calyces hermaphroditi, alii vere masculi.

32. *Terminalia villosa.* *

T. foliis oblongis utrinque attenuatis denticulatis subtus villosis, paniculis axillaribus ferrugineo - villosis, calyce subcorollino octandro.

In Brasilia.

Rami teretes, ferrugineo - villosi. *Petioli* alterni, villosi, teretes, semipollicares. *Folia* dodrantalia, duos pollices lata, utrinque attenuata, supra glabriuscula, nervo medio duntaxat piloso,

subtus villosa, margine remote-denticulata. *Paniculae* axillares, folio breviores, ferrugineo-villosi. *Calyx* subcorollinus, coloratus, intus tamen villosus. *Stamina* octo, calycem subaequantia.

XXXIII. Laurinae.

33. *Laurus punctata.* *

L. floribus dioeciis paniculatis, sepalis exterioribus brevissimis interioribus lanceolatis, foliis perennantibus nitidis oblongis margine pellucido-punctatis.

In Brasilia. *Otto.*

Rami fusci, glabri, teretes. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, utrinque attenuata, nitida, venosa, margine pellucido-punctata, subdodrantalia, tres pollices lata. Odorem aromaticum trita spirant. *Paniculae* axillares, folia subaequantes, erectae. *Bracteae* minutissimae, acutae ad ramulorum divisiones. *Calyces* trifidi glabri, laciniis tribus exterioribus minutissimis appressis, tribus interioribus lanceolatis obtusis erectis. *Germen* glabrum, pistillo brevissimo, stigmate capitato.

Proxima est *L. Borbonia*, quae differt foliis margine haud punctatis, haud adeo venosis, calycis laciniis multo etiam latioribus.

XXXIV. Urticeae.

34. *Citrosma altergifolium.* *

C. ramis teretibus stellulato-pubescentibus, foliis

alternis oblongis integerrimis subtus villosis, calycibus tomentosis tetracarpis.

In Brasilia. *Otto.*

Ab omnibus generis speciebus diversum foliis alternis, ut et maluerim ad Olmediam R. et P. referre, ni huius character etiamnum esset dubius, nostrae autem plantae character cum Citrosmate satis congruit. *Calyces* enim urceolati, quadrifidi, extus flavo-tomentosi, pedunculati in axillis foliorum haerent. Intus nil fovent nisi ovaria quatuor in receptaculo villoso. *Folia* spithamea oblonga, supra glabra, subtus villosa, venosa.

35. *Citrosma brasiliense.* *

C. ramis teretibus stellulato-pubescentibus, foliis oppositis oblongis utrinque attenuatis denticulatis subtus stellulato-pubescentibus, calycibus aggregatis tetracarpis.

In Brasilia. *Otto.*

Ad *C. gesnerioides* Kunth. (Humb. nov. gen. 2. p. 172.) proxime accedit. Sed huius folia basi obtusa, calyces pentacarpi: nec pistilla vidit. Nostri *folia* utrinque acuminata, petiolo fere pollicari, subtus stellulato-pubescentia, ceterum viridia, denticulata, venosa, venis subtus prominulis. *Calyces* pedunculati, aggregati, axillares, extus villoso-tomentosi, urceolati, limbo quinquedentato erecto. *Pistilla* quatuor aut quinque coadunata, stigmata

simplicis reflexa. *Fructus* quatuor, baccati, calyci clauso carnosoque immersi.

36. *Citrosma ovale* Ruiz et Pav. syst. fl. per. p. 266.

C. ramis teretibus glabris, foliis alternis oblongo-ellipticis denticulatis, venis subtus appresso-pilosis, pedunculis aggregatis trifloris, calycibus villosis.

In Brasilia. *Otto.*

Phrasis manca in flora peruviana dubium movere potest, sitne haec vera eadem species: itaque accuratius definienda. *Rami* teretes, glabri, cinerei. *Folia* alterna, brevissime petiolata, dodrantalia, palmum lata, elliptico-oblonga, basi obtusa, apice acuminata, remote denticulata, supra glaberrima, subtus glabriuscula, venis appresso-pilosis. *Pedunculi* patentes, aggregati, triflori. Pedicelli divaricati, pubescentes. *Calyx* campanulatus, quadridentatus, externe villosus. *Stamina* numerosa, ad 20, filamentis brevibus, latiusculis. *Antherae* didymae.

37. *Citrosma oblongifolium* R. et P. syst. fl. per. p. 266.

C. ramis teretibus glabris, foliis oppositis oblongis utrinque attenuatis integerrimis glabris, cymis axillaribus paucifloris, calycibus glabris.

In Brasilia. *Otto.*

Phrasis manca in flora peruviana descriptionem uberiorem exigit. *Rami* teretes, glabri, fusci, pa-

alternis oblongis integerrimis subtus villosis, calycibus tomentosis tetracarpis.

In Brasilia. *Otto.*

Ab omnibus generis speciebus diversum foliis alternis, ut et maluerim ad Olmediam R. et P. referre, ni huius character etiamnum esset dubius, nostrae autem plantae character cum Citrosmate satis congruit. *Calyces* enim urceolati, quadrifidi, extus flavo - tomentosi, pedunculati in axillis foliorum haerent. Intus nil fovent nisi ovaria quatuor in receptaculo villoso. *Folia* spithamea oblonga, supra glabra, subtus villosa, venosa.

35. *Citrosma brasiliense.* *

C. ramis teretibus stellulato - pubescentibus, foliis oppositis oblongis utrinque attenuatis denticulatis subtus stellulato - pubescentibus, calycibus aggregatis tetracarpis.

In Brasilia. *Otto.*

Ad *C. gesnerioides* Kunth. (Humb. nov. gen. 2. p. 172.) proxime accedit. Sed huius folia basi obtusa, calyces pentacarpi: nec pistilla vidit. Nostri *folia* utrinque acuminata, petiolo fere pollicari, subtus stellulato - pubescentia, ceterum viridia, denticulata, venosa, venis subtus prominulis. *Calyces* pedunculati, aggregati, axillares, extus villoso-tomentosi, urceolati, limbo quinquedentato erecto. *Pistilla* quatuor aut quinque coadunata, stigmata

et haec multo humilior est, folia habet obovata, nectaria obsolete lunata. (Journ. de bot. 2. p. 332.)

39. *Bivonia axillaris.* *

Genus *Bivoniae* (in honorem Antonini Bivonae-Bernardi, Baronis de Alta Turre, Botanici siculi celeberrimi) haud satis stabilitum, sed tamen ab omnibus notis omnino diversum, Acidoto et Picramniae proximum, Dioeciae et familiae naturali Tricoccarum adnumerandum.

Char. gen. Cal. 3sepalus. *Cor.* 0. *Stamina* 5 discreta. *Antherae* didymae.

Bivonia axillaris * arbor est brasiliensis, *ramis* teretibus, pallidis, verruculosis. *Folia* alterna, petiolata, oblongo-lanceolata, serrulata, utrinque attenuata, coriacea, supra nitida, subtus albida, glaberrima. *Flores* axillares glomerulati, pedunculati. *Involucra* squamiformia concava, imbricata, biflora, cum pedicellis pilosiuscula. *Sepala* tria, ovata, acuta, apice denticulata, aperta. *Stamina* quinque, calyce breviora, erecta. *Antherae* didymae.

40. *Antidesma triplinervium.* *

A. foliis ovato-oblongis acutis dentatis triplinerviis, spicis axillaribus filiformibus, calycibus subternis.

In Brasilia.

Rami teretes, glabri. *Petioli* alterni, patentes, supra canaliculati, subpollicares. *Folia* bipol-

licaria, rigidula, utrinque glabra, subtus pallida, discolora, triplinervia, margine serrulato-denticulata. *Spicae* filiformes, axillares, erectae, folia subaequantes. *Calyces* sessiles, glomerati, subterni.

41. *Excoecaria ilicifolia.* *

Exc. foliis perennantibus oblongis utrinque attenuatis nitidis spinuloso-dentatis, amentis masculis geminis axillaribus.

In Brasilia.

Vicina *Exc. glandulosa* Sw., sed haec habet folia decidua, subpollicaria, solummodo obsolete serrata. Nostrae *rami* fusci, teretiusculi, glabri. *Folia* alterna, breviter petiolata, (petiolis fuscis crassiusculis, scabris), spithamea, subcoriacea, utrinque nitida, oblonga, basi attenuata, apice paullum dilatata, acuminata, margine spinuloso-dentata. *Amenta* axillaria, gemina, erecta, pedicellata, vix sesquilineam longa, oblongo-cylindrica, pube stellulata incana. Reliqua observare haud potui.

42. *Excoecaria brasiliensis.* *

Exc. foliis lanceolatis nitidis integerrimis glabris, spicis femineis terminalibus folio brevioribus.

In Brasilia.

Rami teretes, cinereo-fusci. *Folia* alterna, in summis ramis subfasciculata, brevissime petiolata, lanceolato-oblonga, sesquipollicem longa, semipollicem lata, utrinque attenuata, nitida, inte-

gerrima. *Pedunculi* e gemmis fuscis nascuntur, quarum squamae aridae lineatae. *Pedunculi* hirsuti, foliis breviores, erecti, pauciflori. *Squamae* remotiusculae, singula ovaria separantes, villosae. *Pistilla* tria, fissa, apice revoluta.

43. *Sebastiania brasiliensis.* * (T. 3.)

Genus *Sebastianiae* (in honorem D. Sebastiani, qui floram romanam edidit praestantem), Antidesmati proximum, monoicum tamen, in cl. XXI. inter Nephelium et Schizandram Michx. collocandum, familiae Tricoccarum, tribui autem Limeostearum adnumerandum, sequentem habet characterem:

Cal. o, nisi squamulae imbricatae, ad quarum basin glandula urceolata grandis (nectarifera?). *Cor.* o. *Stamina* 5 discreta. (f. 2.) *Flores* ♀ ad basin spicarum, iisdem squamulis succincti. *Pistilla* 3 revoluta. *Capsula* trilocularis. (f. 3. 4.) *Antidesma* recedit calyce 5phyllo et stigmate 5fida.

Rami cinerei, verrucosi. *Folia* opposita petiolata, oblonga, utrinque attenuata, versus apicem crenulata. *Spicae* axillares, solitariae aut geminae, basi femineae, superne masculae. *Flosculi* remotiusculi, distincti glandula urceolata grandi, quae nectarium sistere videtur. *Calycis* corollaeque nullum vestigium; nisi squamulae acutae, scariosae, subimbricatae. *Stamina* 5; filamentis filiformibus glabris. *Antherae* didymae. *Pistilla* 3

glabra, simplicia, revoluta. *Capsula* trilocularis.

44. *Gussonia discolor.* * (T. 2. f. 7—10.)

Genus *Gussoniae* (in honorem Ioannis Gussonii, Panormitani, praefecti hortorum Ducis Calabriae, acutissimi Botanici) in classe XXI. prope Acheriam collocandum, familiae Tricoccarum et tribui quidem Euphorbiearum, pone Omphaleam, adnumerandum, characterem habet sequentem:

Flores amentacei, basi feminei, superne masculi. *Cal.* ♂, squama integra concava, intus corona glandulosa, (nectarifera?). *Stamina* 3. *Antherae* didymae. (f. 9.) *Cal.* ♀ duplex, inferior squamosus columnulam emittens, cui alter trisepalus insidet, *ovarium* amplexans, cum stigmatibus tribus simplicibus, pubescentibus. (f. 10.)

Gussonia discolor *, foliis subtus glaucescentibus.

In Brasilia.

Rami cinerei, glabri, lignosi. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, utrinque attenuata, integerrima, supra lucida, infra glaucescentia, glaberrima. *Amenta* gemmis promuntur, bina fere aut terna, semipollicem longa; basi flores femineos habent. Hi e calyce trifido promittunt columnulam simplicem, glabram, teretiusculam, superne incrassatam, in statu sicco nigrescentem, coronatam calyce trifido altero appresso. *Ovarium* hic amplexatur trifidum, stigmate simplici trifido coronatum.

45. *Gussonia concolor.* *

G. foliis utrinque concoloribus.

In Brasilia.

Rami fusci, teretes, glabri. *Folia* remota, alterna, petiolata, oblongo-lanceolata, utrinque glaberrima, concolora. *Amenta* axillaria, filiformia, basi flosculos femineos gerunt, fere separatos. *Calyx* ♂, squama integra, concava, intus glandulosa. *Stamina* tria, squamam vix superantia. *Cal.* ♀ duplex, inferior trifidus columnulam brevem emittit, cui ovarium, calyculo altero pariter trifido cinctum, insidet. *Ovarium* tricoccum, stigmatibus tribus coronatum.

46. *Croton polyandrus.* *

Cr. fruticosus, ramis lepidotis, foliis eglandulosis oblongis obtusis glaberrimis serrulato-crenulatis, floribus subverticillatis polyandris.

In Brasilia. *Otto.*

Rami lignosi, fusci, teretes, glabri, superne squamis ciliatis obsessi. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, obtusa, coriacea, utrinque glaberrima, iunioribus nervoque medio duntaxat lepidotis, margine serrulato-crenulato; digitum longa, sesquipollicem lata. *Verticilli* spicati, terminales, remoti. *Calyx* ♂ pentasepalus, sepalis ciliatis. *Cor.* 0. *Stamina* plusquam 20. *Calyx* ♀ similis. *Ovarium* tricoccum. *Pistilla* tria, bifida.

XXXVII. NYCTAGINEAE.

47. *Torreya paniculata.* *

Torreyae genus dictum in honorem cl. Torrey, M. D. noveboracensis, egregii Botanici, qui catalogum plantarum circa urbem illam nascentium 1819 edidit.

Char. gen. *Cal.* inferus, patens, quinquelobus, coloratus. *Cor.* tubulosa, limbo quinquefido, reflexo. *Filamenta* tubo adnata, corolla longiora, spiralia. *Antherae* didymae. *Pistillum* simplex, stigmate filiformi. *Ovarium* nucem referens, valvis introrsum flexis.

Locus generis in systemate Linnaeano cl. V. ord. 1. inter Cestrum et Lycium, proximum a Sessea R. et P., cum qua multa habet communia, sed differt potissimum: 1) calyce colorato patente, 2) filamentis spiralibus, 3) stigmate filiformi, quum hoc bilobum sit in Sessea, 4) ovario drupaceo, ovato, quum Sessea habeat capsulam teretem. In ordine naturali haud dubito, Nyctagineis adnumerare, proximamque Salpiantho Humb. pronunciare. Hic autem differt tum calycis defectu, qui cum corolla coaluit, tum limbo quadridentato, tum antheris tribus.

Torreyae paniculatae ramus florifer, foliis oblongis, in petiolum decurrentibus, triplinerviis, venosis, superioribus lanceolatis, sensim angustioribus, tandem in bracteas stipulasve paniculae ramis

45. *Gussonia concolor.* *

G. foliis utrinque concoloribus.

In Brasilia.

Rami fusci, teretes, glabri. *Folia* remota, alterna, petiolata, oblongo-lanceolata, utrinque glaberrima, concolora. *Amenta* axillaria, filiformia, basi flosculos femineos gerunt, fere separatos. *Calyx* ♂, squama integra, concava, intus glandulosa. *Stamina* tria, squamam vix superantia. *Cal.* ♀ duplex, inferior trifidus columnulam brevem emittit, cui ovarium, calyculo altero pariter trifido cinctum, insidet. *Ovarium* tricoccum, stigmatibus tribus coronatum.

46. *Croton polyandrus.* *

Cr. fruticosus, ramis lepidotis, foliis eglandulosis oblongis obtusis glaberrimis serrulato-crenulatis, floribus subverticillatis polyandris.

In Brasilia. *Otto.*

Rami lignosi, fusci, teretes, glabri, superne squamis ciliatis obsessi. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, obtusa, coriacea, utrinque glaberrima, iunioribus nervoque medio duntaxat lepidotis, margine serrulato-crenulato; digitum longa, sesquipollicem lata. *Verticilli* spicati, terminales, remoti. *Calyx* ♂ pentasepalus, sepalis ciliatis. *Cor.* 0. *Stamina* plusquam 20. *Calyx* ♀ similis. *Ovarium* tricoccum. *Pistilla* tria, bifida.

Pedunculi lineares, erecto-patentes. *Calyx* quadrifidus, laciniis subaequalibus, lanceolatis, post anthesin connivens. *Corolla* albida, fauce barbata, limbo quadrifido, laciniis oblongis subaequalibus. *Stamina* duo, corolla paulo longiora. *Pistillum* simplex, incarnatum, declinatum. *Capsula* subglobosa, calyce tecta, eumque aequans, glabra, bilocularis, dissepimento in verticales sibi impositas placentas abeunte. Eodem modo se haec forma habet ac in Mimulo, Chelone, Linaria ceterisque Scrofularinis. Hinc ob Veronicae orchideae irregularem corollam Veronicae melius ad hanc familiam quam ad Gentianeas pertinent, quibus adiudicavi. (Anl. 2, 479.)

XL. Acantheae.

49. *Dicliptera brasiliensis.* *

D. spicis axillaribus folio brevioribus, bracteis obovatis calycem excedentibus, foliis oblongis integerrimis petiolatis.

In Brasilia. *Otto.* h

Ad *Justiciam lapathifoliam* Vahl. quodammodo accedit, quae tamen bracteis subulatis diversa est. *Rami* nostrae pubescentes, teretes, herbacei, fili emporetici crassitie. *Petioli* oppositi, subpollicares. *Folia* oblonga, glabriuscula, opaca, basi praesertim attenuata, integerrima, venosa, duos pollices longa, tres pollicis quadrantes lata. *Spicae*

erectae, axillares, pedunculatae, folio dimidio breviores. *Bracteae* spathulatae, nervosae, virides, basi coloratae, calycem excedentes. *Calyx* quinquefidus, laciniis linearibus subulatis. *Corolla* bilabiata; labio utroque integro obovato. *Antherae* duae, biloculares. *Capsula* teres, semibilocularis; *dissepimento* apice adnato, basi libero, appendice ad basin in retinacula seminum abeunte.

XLIII. Labiatae.

50. *Nepeta imbricata* Lag. in lit.

N. caule ramoso foliisque cordatis crenatis villosis, verticillis remotiusculis, bracteis linearibus patentibus rigidis calyce cylindrico longioribus.

In Hispania. ♃.

N. *multibracteata* Desfont. proxima, differt: 1) caule simplici, 2) floribus spicatis, 3) bracteis violaceis, quae in nostra virides sunt, 4) floribus purpureis, qui in nostra albi.

XLIV. Asperifoliae.

51. *Tournefortia glabra* Aubl. guian. 1. 118.

T. foliis oblongis utrinque attenuatis glaberrimis integerrimis, pedunculis terminalibus dichotomis calycibusque substrigosis.

In Brasilia.

Aubletus solus huius speciei meminit, post oblivioni traditae. Est autem ab omnibus, quotquot

et Kunthius ex Humboldti thesauris promsit, diversa. T. *laevigata* Kunth (*Humb. nov. gen.* 3. 83.) similis quidem, folia tamen habet basi rotundata, quae in nostra insigniter attenuata. T. *nitida* Kunth (*Humb.* l. c. 84.) vicina utique, folia habet nitida, quae in nostra opaca, illius flores corymbosi, qui in nostra alterni. T. *ternifolia* Kunth. (*Humb.* ib.) folia habet terna nervosque subtus pilosos.

XLV. Solaneae.

52. *Physalis foetidissima* Lagasc. nov. gen. p. 10.

Ph. ramis patentibus pubescenti-viscosis, foliis geminis inaequalibus oblongis dentatis basi obliquis, pedunculis geminis axillaribus, calycis dentibus acuminatis.

Physalis *foetens* Bonpl. *Poir. enc. suppl.* 2. 348.?

Habitat in nova Hispania. ⊙

Caulis herbaceus, ramosissimus, pubescens. *Rami* patentes, divaricati, ut decumbere videantur, viscoso-pubescentes. Omnes partes odorem moschi gravissimum, adjuncto quodam viroso, spirant. *Folia* gemina, alterum majus, alterum minus, ovato-oblonga, basi inaequaliter cuneata, utrinque pubescentia, viscosa, repando-dentata, sesquipollicem longa, pollicem lata. *Pedunculi* gemini, axillares, brevissimi, floriferi erecti, fructiferi penduli. *Calyx* membranaceus, decemstriatus, quin-

erectae, axillares, pedunculatae, folio dimidio breviores. *Bracteae* spathulatae, nervosae, virides, basi coloratae, calycem excedentes. *Calyx* quinquefidus, laciniis linearibus subulatis. *Corolla* bilabiata; labio utroque integro obovato. *Antherae* duae, biloculares. *Capsula* teres, semibilocularis; *dissepimento* apice adnato, basi libero, appendice ad basin in retinacula seminum abeunte.

XLIII. Labiatae.

50. *Nepeta imbricata* Lag. in lit.

N. caule ramoso foliisque cordatis crenatis villosis, verticillis remotiusculis, bracteis linearibus patentibus rigidis calyce cylindrico longioribus.

In Hispania. ♃.

N. *multibracteata* Desfont. proxima, differt: 1) caule simplici, 2) floribus spicatis, 3) bracteis violaceis, quae in nostra virides sunt, 4) floribus purpureis, qui in nostra albi.

XLIV. Asperifoliae.

51. *Tournefortia glabra* Aubl. guian. t. 118.

T. foliis oblongis utrinque attenuatis glaberrimis integerrimis, pedunculis terminalibus dichotomis calycibusque substrigosis.

In Brasilia.

Aubletus solus huius speciei meminit, post oblivioni traditae. Est autem ab omnibus, quotquot

rolla infundibuliformis plicata, calyce paullo longior. *Stamina* 5. *Stylus* 1, stigmatibus 5 subulatis coronatus. *Capsula* unilocularis disperma.

54. *Cordia portoricensis.**

C. foliis lanceolatis dentatis basi attenuatis obtusiusculis supra asperis subtus venosis hispidulis, spicis terminalibus, calycibus inflatis subglobosis obtuse dentatis.

In insulis Portorico et Sta Cruz. *Perrin. Bertier.*

C. *martinicensi* et *curassavicae* Jacq. satis vicina, ut facile pro alterutra haberi possit; sed desunt dentes setacei calycis, eiusdem cum tubo longitudinis. Praeterea C. *curassavicae* rami dicuntur scabri, quum nostrae sint verrucis sparsis albidis obsitae. C. *curassavica* Lam., quae Desvauxio dicitur C. *angustifolia* West., foliis margine revolutis subtus tomentosis, dentibus calycinis pariter setaceis elongatis gaudet. C. *martinicensis* Aubl. et Jacq., quae C. *guianensis* Desv., habet folia ovata et ovato-oblonga.

Nostrae *rami* fusci, verrucis albis sparsis. *Folia* subfasciculata, lanceolata, in petiolum brevem decurrentia, basi integerrima, serrata, apice obtusiuscula, utrinque viridia, supra punctis minutissimis albidis aspera, subtus venosa, venis hispidiusculis. Folia digitum minimum longa, duas ad tres lineas lata, juniora acuta. *Spicae* terminales pe-

-dunculatae erectae. *Calyces* globosi, incani, inflati, dentibus 5 obtusiusculis. *Cor.* infundibuliformis, calyce longior, limbo expanso quinquelobo crenato. *Stamina* 5. *Stylus* dichotomus, staminibus longior, stigmatibus capitatis. *Drupa* parva, quadrilocularis.

55. *Cordia dentata* Poir. enc. 7. 48.

C. foliis ovato - oblongis dentatis, supra strigosis, subtus tomentosis, panicula dichotoma, calycibus incano - sericeis campanulatis.

In insulis Guadalupae et Antiguae. *Perrin. Bertier.*

Folia describit Poiretus angulato - incisa, qualia in meis plantis haud sunt; sed dicit de foliis: „les unes à peine denticulées, les autres médiocrement incisées." Quum ceteroquin descriptio congruat, dubius fere haud haereo.

Rami teretes, hispidiusculi aut asperi. *Petioli* alterni, semipollicares longioresque, pilis canescentibus appressis asperi. *Folia* ovato - oblonga, acutiuscula, basi obliqua, dentata, supra punctis callosis et strigis, subtus venosa, tomentosa. *Panicula* terminalis, dichotoma. *Calyx* campanulatus, incanus, dentibus quinque acutiusculis. *Corolla* infundibuliformis, albida, calyce sesquilongior, limbo quinquelobo. *Stamina* quinque. *Stylus* dichotomus. *Stigmata* quatuor capitata.

L. Sapoteae.

56. *Ehrenbergia ciliata.* *

Ehrenbergiae genus dictum in honorem Christ. Gotthofr. Ehrenberg, M. D. Delitiensis, qui, probata per sylvas mycologicas berolinenses et symbolas ad horas physicas scientia rei herbariae, iter in Orientem et Aegyptum, Regis munificentia fretus, suscepit.

Char. gen. Cal. inferus truncatus, 5-, 6dentatus. *Cor.* tubulosa hirsuta, limbo sexfido. Antherae 6, intra tubum subsessiles. *Fructus* Drupa?

Frutex, cuius ramos e Brasilia habeo. *Folia* opposita, oblonga, subpetiolata, utrinque attenuata, glabra, nervo medio subvilloso, ciliata, nervoso-venosa, duos pollices longa, semipollicem lata. *Pedunculi* aggregati, axillares terminalesque brevissimi, hirsuti, uniflori. *Calyx* extus et intus hirsutus, campanulatus, truncatus, dentibus quinque aut sex subulatis coronatus, post anthesin apertus. *Corolla* tubulosa, extus hirsuta, calyce duplo longior, limbo revoluto sexfido. *Antherae* subsagittatae, sessiles intra tubum. *Stylus* simplex. *Fructus* quidem drupa videtur, sed exploratum haud habeo.

LI. Styraceae.

57. *Symplocos pentagyna.* *

S. foliis oppositis oblongo-lanceolatis acumina-

...unculatae erectae. Calyces
...ti, dentibus 5 obtusiuscul...
...inis, calyce longior, li...
crenato. Stamina 5...
...ribus longior, stigmati...
quadrilocularis.

55. Cordia dent...

C. foliis ovato - ...
subtus tomentosis ...
incano - sericeis ... ...asi atte-

In insulis ... ...al. 5fidus.
Bertier. ... cum corollae

Folia d... ...antia. Ovarium
...lia in meia... ...lla 5, stigmatibus
...des, unes...
...ant ... Bonpl. vicina, sed differt
...gruat, ...oliis membranaceis, repan-
... ...elutino. S. Limoncillo Humb.
... foliis subserratis, petiolis planis
... ...s magis recedunt.


LII. Ericeae.

Rhododendron azaleoides Hortul.

...i. foliis oblongis opacis utrinque pubescenti-
...s, corymbis terminalibus.

Patria ignota.

Folia spithamea, duos pollices lata, obtusius-
...e, basi attenuata. Corymbi pubescentes. Ca-



quinquefidae, basi appen- - lan-

...issimus, erectus, ...eno tectus. *Folia* minutissima, ...a, imbricata, apice fasciculata, sub-...eo-tomentosa. *Calyces* aggregati, ...a in extremis ramis, sericeo-tomentosi, ...ici, tripartiti cum dentibus duobus accesso-... obsoletis, *Corolla* lutea, calycem excedens; petalis spathulatis. *Stamina* 15, petalis breviora. *Stylus* simplex. *Capsula* glabra, unilocularis, trisperma.

Hudsonia ericoides L. sequenti charactere distinguitur:

H. hirsutiuscula, foliis filiformibus patulis fasciculatis, floribus pedunculatis terminalibus.

Illam speciem primus Torreyus detexit, et H. maritimae nomen indidit.

60. *Andromeda revoluta.* *

A. racemis axillaribus secundis laxis paucifloris,

tis integerrimis utrinque glabris, racemo terminali, pistillis quinis.

In Brasilia. *Otto*.

Pistillorum discreta indoles minus me torquet, quam foliorum oppositio, quae aliena a Symploci genere. Neque tamen novum ideo constituere genus, consilii esse videtur, cum reliqua congruant. *Rami* teretes, lignosi, glabri, fusci. *Folia* opposita, petiolata, petiolis teretibus, spithamea, coriacea, flavida, acuminata, integerrima, basi attenuata. *Racemi* terminales, glabri. *Cal.* 5fidus. *Cor.* 5fida. *Stamina* numerosa, basi cum corollae tubo concreta, eamque haud superantia. *Ovarium* in drupam abire videtur. *Pistilla* 5, stigmatibus capitatis.

S. *rufescens* Humb. et Bonpl. vicina, sed differt ramis fulvo - pilosis, foliis membranaceis, repandis, pistillo indiviso velutino. S. *Limoncillo* Humb. et Bonpl. differt foliis subserratis, petiolis planis. Reliquae species magis recedunt.

LII. Ericeae.

58. *Rhododendron azaleoides* Hortul.

Rh. foliis oblongis opacis utrinque pubescentibus, corymbis terminalibus.

Patria ignota.

Folia spithamea, duos pollices lata, obtusiuscula, basi attenuata. *Corymbi* pubescentes. *Ca-*

lyx quinquepartitus, laciniis tribus longioribus, duabus brevioribus ciliatis. *Corolla* infundibuliformis rosea, limbo quinquelobo plicato.

59. *Hudsonia tomentosa* Nuttall gener. bor. 2. 5.

H. incano - tomentosa, foliis ovalis imbricatis appressis, floribus subsessilibus aggregatis.

In arena mobili orae maritimae Novae Caesareae, Virginiae et Marilandiae. *Dewey* Massachusetts.

Fruticulus ramosissimus, erectus, spithamaeus, totus tomento incano tectus. *Folia* minutissima, ovata, appressa, imbricata, apice fasciculata, subtus lanuginoso - tomentosa. *Calyces* aggregati, subsessiles in extremis ramis, sericeo - tomentosi, cylindrici, tripartiti cum dentibus duobus accessoriis obsoletis. *Corolla* lutea, calycem excedens, petalis spathulatis. *Stamina* 15, petalis breviora. *Stylus* simplex. *Capsula* glabra, unilocularis, trisperma.

Hudsonia ericoides L. sequenti charactere distinguitur:

H. hirsutiuscula, foliis filiformibus patulis fasciculatis, floribus pedunculatis terminalibus.

Illam speciem primus Torreyus detexit, et H. maritimae nomen indidit.

60. *Andromeda revoluta.* *

A. racemis axillaribus secundis laxis paucifloris,

corollis cylindricis; foliis oblongis obtusis mucronatis coriaceis integerrimis revolutis.

In Brasilia.

Rami teretes patentes, glabri, cinerei. *Folia* alterna, breviter petiolata, oblonga, elliptica, utrinque glabra, supra nitida, coriacea, mucronata, integerrima, revoluta. *Racemi* axillares, laxi, secundi, pauciflori. *Calyx* planus, quinquedentatus. *Corolla* rubra, cylindrica, limbo quinquedentato subreflexo. *Antherae* decem bicornes, corolla breviores. *Capsula* quinquelocularis, columnula quinqueloba.

Proxima *A. buxifolia* Lam. et Smith., quae differt foliis cordatis, haud revolutis, et racemis terminalibus. Ceterum et haec in Brasilia provenit. *A. coriacea* Ait. diversa foliis ovatis acutis, haud revolutis, ramisque triquetris.

LV. Compositae.

a. *Cynareae.*

61. *Ioannea brasiliensis.* *

I. foliis remotis alternis petiolatis oblongis subtus nitidis triplinerviis, floribus corymbosis.

E Brasilia.

Frutex, *ramis* striatis, cicatricibus petiolorum obsessus. *Folia* remota, alterna, petiolata, oblonga, utrinque glabra, subtus nitida, triplinervia, integerrima, sesquipollicem longa, pollicem lata.

Pedunculi terminales, aggregati, subcorymbosi aut umbellati, canescentes. *Anthodium* obovatum, imbricatum, squamis scariosis subciliatis, supremis elongatis, radiantibus. *Receptaculum* subvillosum, paleis aliquot intermixtis. *Corollulae* uniformes, quinquepartitae, laciniis linearibus, erectis, apice pilosis. *Pistillum* apice emarginatum flosculis dimidio longius. *Antherarum* cylindrus intra tubum reconditus. *Semina* ovata, hirsuta. *Pappus* plumosus, sessilis, flavidus.

b. *Eupatorinae.*

62. *Albertinia brasiliensis.* *

Gen. *Albertinia.*

Syngenes. aequal. discoid. Fam. *Eupatorinae.* *Anthod.* hemisphaericum monophyllum, squamarum duplici ordine. *Rec.* setosum. *Papp.* setaceus.

Spec. *Albertinia brasiliensis.* *

Arbuscula, aut *frutex*, ramis teretibus, patentibus, tomentosis. *Folia* petiolata, alterna, utrinque attenuata, oblonga, supra scabra, subtus hispida, discolora. *Flores* in extremis ramis corymbosi. *Pedunculi* patentes, tomentosi. *Anthodium* hemisphaericum, tomentosum, monophyllum, limbo dupliciter squamato, squamis reflexis. *Receptaculum* setis rufis obsessum. *Corollulae* omnes tubulosae, quinquefidae, hermaphroditae. Colorem videre haud licet. *Pappus* setaceus rufus.

E Brasilia. Dixi genus in honorem I. B. de Albertini, mycologi celeberrimi.

63. *Mikania resinosa.* *

M. caule erecto hirsuto, foliis oppositis petiolatis oblongis dentato-serratis subtus resinoso-pilosis, panicula terminali.

E Brasilia.

Frutex, ramis teretibus calloso-hirsutis, pilis curvatis rigidis. *Folia* cruciatim opposita, petiolis hispidis, oblonga, utrinque attenuata, digitum longa, sesquipollicem lata, serrato-dentata, supra pilosa, infra resinoso-pilosa. *Panicula* terminalis erecta, ramis oppositis. *Anthodium* pentaphyllum, decemflorum, simplex, glabriusculum, sepalis lanceolatis striatis. *Receptaculum* nudum. *Flosculi* uniformes, tubulosi, quinquefidi, sulfurei. *Stylus* bifidus, elongatus. *Pappus* sessilis, pilosus, albidus, flosculos aequans.

64. *Mikania teucriifolia.* *

M. caule erecto hirsuto, foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis serratis subtus resinoso-pilosis, panicula contracta terminali.

E Brasilia. *Otto.*

Eadem pubes, eadem puncta resinosa, sed folia multo breviora, vix pollicem longa, semipollicem lata, ovato-oblonga, basi cuneata, integerrima, serrata. *Anthodii* sepala hirsuta, ciliata. *Flores* straminei. *Panicula* contracta in capituli formam.

65. *Melananthera corymbosa.* *

M. foliis ovatis inaequaliter serratis triplinerviis, corymbo composito terminali.

Ex Antiguae et Guadalupae insulis.

Caulis suffruticosus, tereliusculus. *Folia* petiolata, opposita, ovata, acuminata, in petiolum decurrentia, inaequaliter serrata, digitum longa, tres pollices lata, supra aspera, subtus strigosa, canescentia, pilis appressis. *Panicula* terminalis corymbosa, bracteis ad divisiones ramorum lanceolatis, patentibus minutis. *Anthodium* duplici ordine squamarum ovatarum, glabrarum, striatarum. *Receptaculum* paleaceum, paleis acutis, membranaceis. *Corollulae* uniformes, stramineae, tubulosae, quinquefidae, decemstriatae. *Antherarum* cylindrus ater, corollulam dimidio superans. *Stamina* cylindrica, hirsuta, setis aliquot coronatae.

M. *aspera* et *nivea* R. Br. differunt potissimum inflorescentia. Habent enim pedunculos solitarios, foliorum etiam formam alienam.

66. *Bidens Beckii* Torrey in lit.

B. foliis oppositis, emersis lanceolatis serrulatis, immersis capillaceis multifidis.

Hab. in stagno prope Schenectady, novae Caesareae, ubi L. C. Beckius, M. D., invenit, qui iam Missourii ripas adiit.

67. *Gyneteria incana.* * (T. 1. f. 5—11.)

Genus *Gyneteriae* (Gynheteria W. berl. Mag. 1.

140.) sequentem habet characterem: *Anthodium* imbricatum, squamis scariosis, interioribus elongatis. *Corollulae* pleraeque femineae, graciles, bi-, trifidae: centralis unica hermaphrodita maxima. *Receptaculum* villosum. *Pistillum* ♀ simplex, basi articulatum. *Pappus* pilosus sessilis.

Locus in Syngenesia Polygamia necessaria, inter Filaginem et Micropum.

G. incana. * Frutex e Chili, a Balbisio donatus, foliis alternis oblongis basi attenuatis integerrimis subcoriaceis incano-tomentosis. *Panicula* dichotoma, ramulis subtomentosis. *Flores* aggregati, terni, quaterni in eodem pedicello. *Anthodium* ovatum, imbricatum, squamis interioribus scariosis, pallidis, elongatis. *Receptaculum* villosum. *Corollulae* femineae numerosae, graciles, lilacinae, limbo erecto bi-, trifido. (f. 7. 8.) *Semina* pappo piloso sessili coronata abortientia. *Corollula* unica centralis quinquefida. *Antherarum* cylindrus longe prominens, cum pistillo simplici basi incrassato articulato. *Semina* perfecta, papposa. (f. 9 — 11.)

c. *Perdiciaceae.*

68. *Plazia brasiliensis.* *

Genus Plaziae a Ruiz et Pavon (prodr. fl. per. p. 103.) stabilitum, et a Candollio (recueil de mém. 3. p. 71) receptum, characterem habet sequentem: *Anthodium* imbricatum. *Receptaculum* nudum.

Corollulae radii subbilabiatae, disci quinquefidae, laciniis revolutis linearibus. *Antherae* basi appendicibus 10 setiformibus. *Pappus* setaceus.

Pl. brasiliensis. *.

Pl. caule fruticoso, foliis alternis oblongo-lanceolatis uninerviis integerrimis utrinque nitidis.

F. Brasilia. *Otto.*

Hoc charactere differt a Pl. confertа R. et P., quae folia habet ovato-lanceolata trinervia. Nostra gaudet ramis pallidis, flore magno, Mutisiam aemulante, a qua differt potissimum pappo haud plumoso, sed setaceo rufo. Anthodium imbricatum, squamis oblongis obtusis erectis. Corollulae exteriores subtrifidae bilabiatae: verae tamen etiam quinquefidae, laciniis revolutis, binis inter se coalitis.

d. *Radiatae.*

69. *Verbesina debilis.* *

V. foliis oppositis petiolatis oblongo-lanceolatis scabris subserratis triplinerviis, pedunculis axillaribus unifloris, receptaculo cylindrico.

Cotula debilis *Balb.* in *liter.*

? Verbesina pusilla Poir. in enc. 8. 459.

In Guadalupa et Portoricco.

Caulis debilis, teretiusculus, angulatus, glaber, herbaceus; *rami* dichotomi erecti. *Folia* opposita, in petiolum ciliatum decurrentia, oblongo-lanceolata, suboleracea, sesquipollicem longa, di-

midium pollicem lata, utrinque attenuata, scabra, triplinervia, subserrata, summa integerrima, ciliata. *Pedunculi* axillares, erecti, uniflori, aphylli. *Anthodium* duplici ordine, glabrum, post anthesin reflexum: foliolis ovatis, obtusis, margine scariosis. *Receptaculum* cylindricum, paleaceum. *Paleae* obtusae, oblongae, scariosae, longitudine flosculorum, caducae. *Flores* lutei, conici, tres lineas longi. *Corollulae* radii lingulatae, femineae, obovatae, emarginatae, subinde abortientes. *Corollulae* disci quinquefidae, tubulosae, hermaphroditae. *Semina* compressa, fusca, marginata pilis pallidis. *Pappus* bisetosus.

Descriptio Poireti e manco forte exemplari facta, huc tamen pertinere videtur.

Verbesina Siegesbeckia Michx. differt foliis decurrentibus, floribus subpaniculatis, seminibus haud marginatis: *V. calendulacea* L. foliis obtusis strigoso-pilosis, anthodio pentaphyllo: *V. dichotoma* Murr. caule foliisque hirsutis, pedunculis abbreviatis, anthodio foliaceo.

70. *Galinsogea angustifolia.* *

G. foliis linearibus dentatis margine revolutis, caule basi hirsuto.

E Brasilia. *Otto.*

Caulis basi suffruticosus, ramosus, hirsutus. *Rami* glabriusculi, angulati. *Folia* opposita, lineari-lanceolata vel linearia, inferiora hirsuta, su-

74. *Conyza* [illegible]

C. caule fruticoso, foliis sparsis petiolatis ovatis oblongis serratis supra glabris subtus albo-tomentosis, pedunculis incrassatis, floribus capitatis.

E Brasilia.

C. [illegible] Lam. eandem habet inflorescentiam, sed folia sessilia integerrima utrinque rufo tomento obducta. *C.* [illegible] secundum iconem Plumerii [illegible] foliis [illegible] serratis, floribus satis discretis. *C.* [illegible] Poir. (*enc. suppl.* 2. 341.) proxima, sed folia integerrima.

75. *Conyza* [illegible]

C. caule herbaceo erecto piloso, foliis subsessilibus oblongis utrinque pubescentibus subtilissime denticulato-ciliatis, panicula terminali [illegible], pappo colorato.

E Brasilia. [illegible]

Folia sparsa, biuncialia, semipollicem lata, petiolis brevissimis, utrinque, praesertim subtus, pilis flavidis appressis obsessa, acuta, primo obtutu integerrima, per lentem denticulos subtilissimos vel ciliola ostendunt. *Panicula* terminalis, ramis erectis, pubescentibus. *Anthodium* imbricatum, squamis glabris, interioribus longioribus, coloratis. *Flores* observare haud potui. *Pappus* rufescens, pilosus, elongatus.

C. rutilans Poir. (*enc. suppl.* 2. 341.) proxima

sed rami glabri, folia obovata, integerrima, venis subtus reticulatis, panicula glabra. *C. conica* Poir. (ib.) folia habet coriacea, ovato-subrotunda, flores cymosos subsessiles.

76. *Conyza stellata.* *

C. caule fruticoso villoso, foliis oppositis petiolatis oblongis integerrimis utrinque attenuatis supra asperis subtus villosissimis, panicula diffusa, anthodiis pubescentibus post anthesin patentissimis.

Ex Brasilia. *Otto.*

Folia spithamea, acuminata, supra punctis minutis aspera, subtus villo denso obsessa. *Anthodii* squamae apertissimae stellulas sistunt. *Pappus* candidus.

77. *Conyza lucida.* *

C. caule fruticoso glabro, foliis petiolatis alternis oblongis utrinque attenuatis integerrimis coriaceis supra nitidis subtus tomentosis, floribus aggregatis axillaribus.

E Brasilia.

Proxima *C. arborescens* L., sed huius folia ovata, supra opaca pubescentia, flores subspicati secundi. Cf. Plum. ic. t. 130. f. 2.

78. *Cineraria brasiliensis.* *

C. caule fruticoso glabro, foliis subsessilibus pinnatifidis, laciniis linearibus integerrimis distantibus subtus tomentosis, panicula corymbosa, calycibus glabris.

E. Brasilia. *Otto.*

C. aspera Thunb. proxima, sed folia pinnata, pinnis dentatis. *Senecio lycopifolius* Desf. Poir. (*enc. suppl.* 5. 131.) caule tomentoso differt et foliis inciso - pinnatifidis, calycibus etiam calyculatis. Flores nostrae plantae lutei.

e. *Cichoreae.*

79. *Sonchus occidentalis.* *

S. pedunculis bracteosis calycibusque glabris, foliis lanceolatis inciso - serratis subsessilibus.

Ex insulis Antigua, Dominica, Guadelupa.

S. agrestis Sw. simillimus, sed huius pedunculi tomentosi. Noster glabros habet, bracteis linearibus. *Folia* glabra, digitalia, lanceolata, inciso - serrata.

LIX. Rubiaceae.

80. *Exostemma capitatum.* *

E. floribus capitatis, foliis ovatis, coriaceis, glabris.

In Perrini collectione, unde Hosackus et Torreyus largiti sunt. Ex America forte meridionali.

Mancum habeo exemplar, cuius flores in capitulum sunt congesti. *Calyx* minimus quinquedentatus. *Corolla* tubulosa, tubo sesquipollicari striato, limbo quinquefido, laciniis linearibus angustissimis revolutis. *Filamenta* cum tubo concreta, ex-

serta in antheras lineares abeunt. Stylus cum stigmate simplici [illegible]. Folia tres pollices longa, [illegible], [illegible], [illegible], venosa, glabra.

81. *Spermacoce [illegible]* Willd. herb.

Sp. caule herbaceo [illegible], foliis oblongis [illegible] tis calloso-hispidis, floribus verticillatis.

E Brasilia et S. Thomae insula.

Cum alia nulla confundi potest propter callos minutos, e quibus pili brevissimi rigidi nascuntur. Stipulae sunt setaceae elongatae.

82. *Spermacoce [illegible]* Willd. herb.

Sp. caule erecto foliisque lanceolatis acuminatis utrinque glaberrimis venosis, capitulis terminalibus hirsutis [illegible].

E Brasilia.

83. *Borreria umbellata.* *

B. caule herbaceo ramoso, foliis lanceolatis acuminatis venosis, stipulis [illegible], floribus [illegible] tis axillaribus terminalibusque, [illegible] quadrifidis.

Habitat in Brasilia.

Caulis herbaceus, nitidus, [illegible], [illegible], ramosus, culmi secalini crassitie, [illegible]. *Folia* opposita, lanceolata, [illegible], glabra, subtus discolora, [illegible] venosa, [illegible] pollicem longa, semipollicem lata. *Stipulae* basi connatae, vaginantes, [illegible]. *Pedunculi* aggre

gati, axillares et terminales, umbellati, umbellae multiflorae erectae, pedicellis filiformibus glabris. *Calyx* obovatus, fructui adnatus, dentibus quatuor aequalibus, subulatis, coronatus, scabris. *Corolla* minima, albida, infundibuliformis, limbo subreflexo, quadrifido. *Stamina* quatuor, fauci corollae inserta, corollam aequantia. *Stylus* simplex. *Stigma* emarginatum. *Capsula* flavida, pubescens, calyce persistente tecta, ejusque laciniis subulatis coronata, bipartibilis, dentibus quatuor obtusis aperta. *Valvulae* inflexae dissepimentum spurium forment. *Semina* duo oblonga, fusca, glabra, dorso convexa, antice concava.

Borreriae genus a Mayero (fl. essequeb. p. 79.) stabilitum, a Spermacoce differt capsula bipartibili, valvulis inflexis, cum Spermacoce habeat capsulam haud bipartibilem, bilocularem, loculo altero clauso. Diodia quidem habet capsulam bipartibilem, sed loculum utrumque clausum. Knoxia capsulam bipartibilem, sed basi dehiscentem.

Species, quas Mayerus enumerat, a nostra differunt praecipue inflorescentia verticillata, tum etiam foliorum forma.

84. *Mussaenda coriacea.* *

M. foliis oblongis acuminatis nitidis, panicula trichotoma, calycibus corollisque hispidiusculis.

In Brasilia.

Rami cortice cinereo, albido. *Folia* op-

posita, brevissimi, pubescentes. *Stipulae* intrapetiolares, subulatae. *Folia* oblonga, utrinque glaberrima, integerrima, obtusa, supra nitida, subtus pallida, [illegible] ave-nia. *Panicula* terminalis, [illegible] pedunculis apice incrassatis, hispidis. [illegible] lanceolata, [illegible]. *Calyx* quinquepartitus, hispidiusculus, superus, laciniis acuminatis, reflexis. *Corolla* infundibuliformis, hirsuta, tubo longo, limbo quinquefido. *Stamina* quinque, tubo corollae adnata, corolla longiora. *Antherae* lineares. *Stylus* simplex, tubo corollae brevior, stigmatibus duobus crassiusculis. *Bacca* infera, bilocularis, sicca. *Placenta* dissepimento parallela, eoque ope trabeculae connexa. *Semina* plurima rugulosa.

M. *frondosa* differt ramis foliisque venosis utrinque villosis, ovatis acuminatis: M. *glabra* vero ramis glabris.

LXI. Umbelliferae.

85. *Seseli Bocconi* Gussoni [illegible].

S. caule petiolisque teretibus, foliis [illegible] decompositis, foliolis rigidis lanceolatis [illegible] subtrifidis acutis, vaginis superioribus laxis aphyllis, involucellis polyphyllis setaceis pedicellos subaequantibus.

Batiodae alterum [illegible] Caesalp. *de plantis*, p. 36.

Cachrys sicula. *Bocc. mus.* p. 53. t. 27. 28.

Cachrys s. Foeniculum majus odore apii. *Moris.* sect. 9. t. 14. icon a Bocc.

In monte Peregrino prope Panormum invenerunt Bocconius et Gussonius, hic etiam in montibus Ericis prope Drepanum, S. Calogeri prope Saccam, aliisque Siciliae collibus calcareis, una cum Capparide spinosa, Scabiosa cretica etc.

Bocconii synonymon ad suum Seseli cuneifolium trahit Marschallius a Bieberstein, quo me quoque praestantissimi viri auctoritas confirmare movit, ut caucasicam plantam eamdem putarem ac siculam. Hinc dixi Prodr. umb. p. 26. n. 3., Act. soc. bot. ratisb. 1815. p. 88. et Schult. syst. veg. 6. 499. *Bubonem siculum*, quo nomine etiam in hortis plerisque caucasica planta colitur. Sed, Gussonii liberalitate siculam plantam nactus, ingentem perspicio differentiam. Seseli enim cuneifolium MB. foliis superiora oblonga integra habet, quae in nostro omnia trifida sunt; ubi sub umbella desinunt folia, vaginae latae adsunt, cum foliis neutiquam commutandae. Involucella in S. cuneifolio sunt connata, monophylla, brevissima, in nostro polyphylla linearia, setacea. *Fructus* S. cuneifolii villosi, nostri glaberrimi, quinquangulati, costis obtusiusculis.

Si verus est B. siculus, quem in horto nondum florentem ex Oriente habeo, folia quoque haud congruunt. Caucasica enim planta foliis gaudet in-

signiter glaucis, qui [illegible] in [illegible] planta deficit. Foliola sunt erectiora, quod [illegible] in [illegible] planta. Itaque caucasica planta alio nomine insignienda, et cum vera sit Bubon, [illegible] foliis adiiciendus [illegible]

Qui primus nostram plantam observavit, [illegible] alpinam [illegible] refert, qui in [illegible]

86. *Peucedanum [illegible]*

P. foliis [illegible] foliolis [illegible] basi [illegible]tis trilobis crenatis, caule [illegible], involucris nullis.

Sison alpinum *Sieber* in *litt.* *Schultes* [illegible]

In summis [illegible] Lenteum (Sieber) [illegible].

Habitus quodammodo [illegible] R. [illegible] (sed [illegible]). Tota planta digitalis [illegible]. *Caulis* adscendens, [illegible] subdichotomus. *Petioli* vaginantes, vaginis [illegible], [illegible]. *Folia* glauca, ternata, glabra, foliola [illegible] triloba, crenata, basi [illegible] longa [illegible]que, [illegible] *Pedunculi* [illegible] oppositifolii, [illegible] erecti, glabri [illegible] *Umbella* [illegible] quinque radiis inaequalibus [illegible] *Involucrum* [illegible]

cus plano-compressus, ovalis, marginatus, costatis tribus dorsalibus obtusis, binis lateralibus et commissurae geminis approximatis linearibus.

87. *Ferula nebrodensis.*

F. foliis radicalibus bipinnatifidis, laciniis inciso-serratis submucronatis, caule tereti trichotomo nudiusculo, vaginis superioribus [illegible], involucrorum foliolis lineari-lanceolatis.

Sium graecum? Gussone in litt.

In pascuis elevatioribus montium Nebrodensium, nec non Troinae, Brontis etc.

Sium graecum L. differt foliis caulinis pinnatis vel bipinnatis, foliolis lanceolatis serratis, fructibus etiam prismaticis, qui in nostra compressi sunt et marginati. Ex crassa radice [illegible], apice [illegible] petioli [illegible] declinati. *Folia* circumscriptione lanceolata, bipinnatifida, glabra. *Folia* caulina, opposita, ovato-lanceolata, [illegible], pinnatifida, [illegible]. *Laciniae* lanceolatae, incisae, mucronato-serratae. *Caulis* cubitalis et altior, teres, glaber, trichotomus. *Vaginae* ad divisiones laxae, glabrae, ad apices foliorum rudimentis coronatae. *Rami* patentes, aphylli. *Umbella* centralis, brevius pedunculata, fertilis. *Involucra* et *involucella* patentia, foliolis lineari-lanceolatis. *Radii* umbellae universalis duodeni. *Flosculi* lutei. *Fructus* ovalis, com-

pressus, margine crassiuscule insignitus, costis tribus obsoletis dorsalibus.

LXIV. Rhamneae.

88. *Bigelowia brasiliensis.* * (T. 2. F. 1 — 6.)

Genus Bigelowiae (in honorem Jacobi Bigelow, prof. Bostoniensis in America boreali, qui floram bostoniensem et botanicam medicam americanam edidit) cl. XXIII. Monoeciae adscribendum. Locum tenet inter [illegible] et Gimbernatiam. In methodo naturali Rhamneis videtur adnumerari posse.

Char. gen. Receptaculum commune pulvinatum, gemmiforme, squamis filiformibus rigidis apice truncatis obsessum. (F. 2.) E squamis prodeunt pedunculi capillares plures, calyculis corollinis quinquefidis campanulatis. *Stamina* 15 calycem superantia. *Antherae* totidem ovatae. *Ovarium* [illegible], pistillo trifido. (F. 3. 4.) *Calyces* alii feminei eodem calyce cincti, *ovarium* solum gerunt hexagonum. *Capsula* sexangularis, glabra, unilocularis, polysperma. (F. 5. 6.) *Semina* [illegible]lata. *Pistillum* persistens, columnare, rectum, stigmate trifido.

Bigelovia brasiliensis. *

Rami lignei fusci, teretes, glabri, patentes. *Folia* alterna, remota, petiolata, ovata, basi oblique cuneata, serrata, utrinque glabra, supra lucida,

subtus, venis rufescentibus. In axillis foliorum pulvilli exstant, squamis et interiectis filis rigidis truncatis obsiti, e quibus pedunculi capillares nascuntur, floribus, quos supra descripsi, onusti. *Epistylium cauliflorum* Sw. eodem modo floret e pulvillis pedunculos utrinque sensim promittens.

89. *Galvania Vandellii.* *

Galvaniae genus, a Vandellio (fl. bras. spec. p. 89. t. 6. f. 7.) conditum, sequentem habet characterem: *Calyx* monosepalus, quinquedentatus. *Corolla* quinquepartita, supera, laciniis erectis. *Filamenta* quinque basi corollae inserta, villoque eam obvestientia. *Antherae* oblongae, didymae. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* bipartitum, patulum. *Bacca* bilocularis, disperma.

Locus generis in systemate sexuali cl. V. post Cordiam, in methodo naturali Rhamneis accensendum, ac inter Billardieram et Pittosporum collocandum.

Ramos habeo e Brasilia, glabros, lignosos, nodosos, ramulis rufis, pilosis, patentibus. *Folia* oblonga, basi attenuata, utrinque glabra, flavo-rufescentia, subtus nervoso-venosa. *Racemi* laterales, folio breviores, pubescentes. *Cal.* et *Cor.* extus pubescentes. Reliqua ut in charactere generico.

LXVI. Berberideae.

90. *Conoria alternifolia.* *

C. foliis alternis oblongis acuminatis, pedunculis filiformibus unifloris axillaribus petiolo brevioribus.

Hab. in Brasilia.

Rami glabri, teretes, fusci. *Petioli* alterni, tres lineas longi, patentes, glabri. *Folia* oblonga, utrinque glabra, nervosa, venosa, acuminata, bipollicaria, integerrima. *Pedunculi* e gemmis axillaribus filiformes, petiolis breviores, aggregati, erecti. *Calyx* patens, 5partitus. *Corolla* pentapetala, basi connivens. *Aestivatio* contorta. *Nectaria* quinque petaliformia, petalorum unguibus insidentia. *Antherae* quinque, sessiles, nectariis oppositae. *Stylus* cum stigmate simplex. *Fructus* videtur bacca.

Conoheria flavescens Aubl. differt foliis oppositis, floribus racemosis, pedicellis bracteatis.

LXVIII. Menispermeae.

91. *Cissampelos triloba.* *

C. foliis cordatis subtrilobis utrinque pubescentibus, denticulato-ciliatis quinquenerviis, pedunculis femineis aggregatis axillaribus.

In Brasilia. *Otto.*

Rami teretes petiolique bipollicares hirti. *Folia* omnia cordata, acuminata, utrinque pubescentia, pilis subappressis, margine denticulata, denticulis pube barbata coronatis: juniora subtriloba aut exacte triloba, lobis acutis, adulta indivisa. *Pedunculi* axillares, aggregati, bracteolati, villosi, ante anthesin erecti, post nutantes. *Bracteae* duae

subtus, venis rufescentibus. In axillis foliorum pulvilli exstant, squamis et interjectis filis rigidis truncatis obsiti, e quibus pedunculi capillares nascuntur, floribus, quos supra descripsi, onusti. *Epidendrum cauliflorum* Sw. eodem modo floret e pulvillis pedunculos utriusque sexus promittens.

89. *Galvania Vandellii*. *

Galvaniae genus, a Vandellio (fl. bras. spec. p. 89. t. 6. f. 7.) conditum, sequentem habet characterem: *Calyx* monosepalus, quinquedentatus. *Corolla* quinquepartita, supera, laciniis erectis. *Filamenta* quinque basi corollae inserta, villoque eam obvestientia. *Antherae* oblongae, didymae. *Stylus* filiformis, staminibus longior. *Stigma* bipartitum, patulum. *Bacca* bilocularis, disperma.

Locus generis in systemate sexuali cl. V. post Cordiam, in methodo naturali Rhamneis accensendum, ac inter Billardieram et Pittosporum collocandum.

Ramos habeo e Brasilia, glabros, lignosos, nodosos, ramulis rufis, pilosis, patentibus. *Folia* oblonga, basi attenuata, utrinque glabra, flavo-rufescentia, subtus nervoso-venosa. *Racemi* laterales, folio breviores, pubescentes. *Cal.* et *Cor.* extus pubescentes. Reliqua ut in charactere generico.

LXVI. Berberideae.

90. *Conoria alternifolia*. *

C. foliis alternis, oblongis, acuminatis, pedunculis filiformibus unifloris axillaribus petiolo brevioribus.

Mayna odorata Aubl. (Guian. t. 352) differt foliorum forma et glabritie.

LXX. Melieae.

93. *Casearia punctata.* *

C. floribus decandris, foliis oblongis acuminatis serrulatis pellucido-punctatis utrinque axillisque venarum glabris, pedunculis confertis axillaribus unifloris.

In Portoricco et vicinis insulis. *Perrin. Bertier.*

Tam proxime accedit ad C. *parvifloram* W., ut, qui utramque non comparaverit, facillime eamdem habeat. C. *parviflora* tamen differt foliis haud punctatis, supra nitidis, axillis venarum subtus tomentosis, ramulisque tuberculatis. Singularia sunt in nostra puncta pellucida *oblonga* aut *linearia*, qualia in paucis aliis plantis, e. g. in *Capparide Breynia* L., vidi. Conceptacula sunt succorum propriorum oleosorum.

LXXI. Malpighiaceae.

94. *Hiraea glabra.* *

H. foliis simplicibus ovato-oblongis utrinque glaberrimis nitidis, panicula terminali trichotoma, ramulis calycibusque appresso-pilosis.

In Brasilia. *Otto.*

Rami fusci, teretes, glabri. *Folia* opposita,

liaceae, extus villosissimae, nervis novem aut undecim crassiusculis percursae, ovatae, denticulato-serratae. *Sepalum* unum subrotundum, laterale. *Petalum* unum hypogynum. *Ovaria* tria hirsutissima. *Pistilla* recta. *Stigmata* capitata.

Possunt quidem feminae esse C. *tamnoidis* Willd. and. (syst. 1. 836.), quum observata sit foliorum disparilitas in utroque sexu C. *mauritianae* Aubert du Petit-Thouars; Journ. de bot. 1809. 1. p. 66.) et *Psilii heterophylli* Lour. (Fl. cochinch. 2. 762.).

LXIX. Anoneae.

92. *Mayna sericea.* *

M. foliis lanceolatis acuminatis integerrimis subtus sericeis, calycibus aggregatis axillaribus velutinis.

In Brasilia.

Propter Dioeciam huic generi adscripsi, cetero Dalmyi etiam posset adnumerari, quod genus forsan cum Mayna componi potest. *Ramos* habeo teretes, superne ferrugineo-tomentosos. *Petioli* alterni, crassiusculi. *Folia* exacte lanceolata, coriacea, supra glaberrima, nitidiuscula, subtus belle sericea, majora longiora duos pollices, et quod excurrit longa, semipollicem lata. *Flores* pedunculati, aggregati, axillares. *Calyx* tripartitus, exiguus, ferrugineo-villosus. *Corolla* subhexapetala. *Ovaria* subbifida. *Odor* fragrans et huius floribus insignis, quem et in siccis exemplaribus percipio.

Vicina est Th. simplex Pers., sed folia lineo-lanceolata, querulata, habitum tomentosum habet.

LXXV. SALICARIAE.

90. *Cuphea fruticosa.*

C. caule fruticoso ramoso diffuso, ramis calycibusque piloso-viscidis, foliis oppositis petiolatis lineari-lanceolatis.

In Brasilia.

Dubito, Lythrum racemosum Mutis Linn. suppl. 250. huc referre: repugnant folia ovata, quae hic lineari-lanceolata. Quod superest, Cupheae genus eo tempore sub Lythro comprehendebatur. Nostra planta fruticulum sistit dodrantalem, ramis fuscis diffusis, ramulis piloso-glandulosis. *Folia* opposita, petiolata, lineari-lanceolata, integerrima, glabra, venosa. *Racemi* axillares, laxi. *Pedunculi calycesque* piloso-glandulosi. *Calyces* basi gibbi, tubulosi, apice in sex dentes inaequales coloratos abeuntes. *Petala* sex, violacea, calycis limbo inserta. *Stamina* 12 inaequalia. *Capsula* unilocularis, lateraliter dehiscens: placenta columnaris centralis libera. *Semina* lentiformia.

LXXVI. SILIQUOSAE.

91. *Sisymbrium villosum* Lag. in litt.

S. caule stricto foliisque runcinatis hirsutis, racemo folioso, siliquis appressis villosis.

etiolata, ovato - oblonga, integerrima, utrinque
aberrima, nitida, tres pollices longa, pollicem lata.
'anicula terminalis, trichotoma, ramulis appres-
o - pilosis. *Calyx* pentasepalus, sepalis obtusis
ppresso - pilosis. *Glandulae quinque* ad basin ca-
ycis. *Corolla* pentapetala, petalis subrotundis,
ngiculatis. *Filamenta* ... basi cohaerentia. *Ger-*
men non vidi.

LXXIII. Sapindeae.

95. *Thouinia integrifolia.* *

Th. foliis simplicibus integerrimis utrinque glabris.

In Brasilia.

Rami sulcati, glabri, lignosi. *Petioli* alterni, teretes, glabri. *Folia* ovato - oblonga, utrinque acutiuscula, integerrima, glaberrima, subtus discolora, venosa, tres pollices longa, sesquipollicem lata. *Panicula* terminalis, flaccida, ramis flexuosis, angulatis, incano - tomentosis. *Calyx* campanulatus, persistens, extus incano - tomentosus, quadripartitus, laciniis ovalibus, obtusis, concavis, duabus oppositis angustioribus. *Corolla* tetrapetala, nectario quadrilobo inserta, petalis medio barbatis, calyce longioribus. *Filamenta* octo, ex eodem nectario, petalis aequalia. *Antherae* ovales, biloculares. *Stylus* rectus, persistens, staminibus longior, stigmata tria subulata. *Fructus* tres monospermi, alis lateralibus foliaceis, striatis, glabris.

Vicina est Th. *simplex* Pers., sed folia lanceo-lata, [illegible], [illegible] tomentosa [illegible] habet.

LXXV. Salicariae.

96. *Cuphea fruticosa.*

C. caule fruticoso ramoso diffuso, ramis calycibusque piloso-viscidis, foliis oppositis petiolatis lineari-lanceolatis.

In Brasilia.

Dubito, Lythrum racemosum Mutis Linn. suppl. 250. huc referre: repugnant folia ovata, quae hic lineari-lanceolata. Quod superest, Cupheae genus eo tempore sub Lythro comprehendebatur. Nostra planta fruticulum sistit dodrantalem, *ramis* fuscis diffusis, ramulis piloso-glandulosis. *Folia* opposita, petiolata, lineari-lanceolata, integerrima, glabra, venosa. *Racemi* axillares, laxi. *Pedunculi calycesque* piloso-glandulosi. *Calyces* basi gibbi, tubulosi, apice in sex dentes [illegible] coloratos abeuntes. *Petala* sex, violacea, calycis limbo inserta. *Stamina* 12 inaequalia. *Capsula* unilocularis, lateraliter dehiscens: placenta columnaris centralis libera. *Semina* lentiformia.

LXXVI. Siliquosae.

97. *Sisymbrium villosum* Lag. in litt.

S. caule stricto foliisque runcinatis hirsutis, racemo folioso, siliquis appressis villosis.

ante Polygalam, Bredemeyeram et Securidacam; In methodo naturali inter Leguminosas.

Exemplar e Brasilia acceptum ramos habet lignosos, teretes, nodosos a lapsu petiolorum. Folia opposita, decussata, petiolata, obovata, denticulata, utrinque velutino-villosissima, bipollicaria, flavicantia. Racemus terminalis multiflorus. Calyx extus albido-sericeus, intus subhirtus. Laciniae tres superiores vexillo incumbentes, duae inferiores sub carina. Corolla papilionacea. Vexillum dipetalum. Alae patulae. Carina patens, concaviuscula. Cylindrus staminum septem: quatuor hinc, tria ultimo pistillo hirsuto adnascuntur. Antherae ovatae. Legumen hirsutum, monospermum.

101. *Amerimnum parviflorum.*

A. foliis simplicibus oblongo-lanceolatis basi attenuatis, spinis geminis connatis, racemis axillaribus.

In Brasilia.

Rami lignosi, teretes. Spinae geminae, sub quovis fere folio, basi coalitae, validae, divaricatae, flavidae. Folia alterna, remota, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, basi attenuata, integerrima, obtusiuscula, utrinque glabra, venosa, subsesquiuncialia, pollicem lata. Racemi axillares, pauciflori, petiolis paullo longiores. Bracteolae lanceolatae, acuminatae, concavae sub quovis flore. Calyx bilabiatus, labio superiori bi-, inferiori trifido, laciniis media longiore subulata. Corollae vexillum

patens, emarginatum. *Alae* oblongae, conniventes. *Carina* dipetala connivens. *Filamenta* 10 libera, in cylindrum antice fissum coalita. *Antherae* subrotundae. *Pistillum* subulatum. *Legumen* pedicellatum, oblongum, acuminatum, bivalve, oligospermum.

Aesch. *Ebenus* Sw. abunde differt spinis simplicibus multo brevioribus, foliis parvis, buxeis, pedunculis subbifloris, floribus multo majoribus.

1022. *Smithia spicata*.*

Sm. caule erecto tuberculato - hirsuto, foliis impari - pinnatis, spicis axillaribus secundis distichis.

Perrinius legit (forte in Senegambia).

Ramum habeo lignosum tuberculis et setis rigidis obsitum. *Stipulae* ovato - lanceolatae, striatae, ciliatae. *Folia* impari - pinnata, foliolorum paribus quindecim; foliolis lanceolato - linearibus striatis ciliatis. *Spicae* axillares, brevissime pedunculatae, hirsutissimae. *Bracteae* ovatae, nervosae, longissime ciliatae, ciliis tortis, distichae. *Calyx* bilabiatus, subpentasepalus: sepala duo superiora ovata, acuta, striata, ciliata, inferiora obtusa, pariter striata ac ciliata. *Corolla* papilionacea. *Stamina* in unum cylindrum coalita, subdiadelpha. *Legumen* moniliforme, articulis orbicularibus.

Sm. *sensitiva* Ait. magnopere differt caule herbaceo, inermi, laevi, foliis abrupte - pinnatis, racemis axillaribus paucifloris.

103. *Galega Perriniana.* *

G. foliis pinnatis, foliolis lineari - oblongis mucronatis hirsutiusculis, paniculis hirsutis terminalibus cymosis.

Perrinius legit in America forte meridionali.

Rami angulati, fusci, superne hirsutiusculi. *Stipulae* lanceolato - lineares, appressae. *Folia* remota, alterna, impari - pinnata: foliola opposita, lineari - oblonga, mucronata, utrinque hirsutiuscula, ciliata, unguicularia. *Paniculae* cymosae, terminales, foliis fultae. *Calyx* pentasepalus, sepalis linearibus, subulatis, hirsutis. *Corolla* calyce minor, papilionacea. *Vexillum* obovatum. *Alae* lineares, minimae. *Carina* obtusa. *Legumen* lineare, oblique striatum.

Inflorescentia ab omnibus recedere videtur: cetero G. *domingensis* Willd. vicina.

104. *Indigofera Perriniana.* *

I. foliis pinnatis, foliolis linearibus obtusis mucronatis, supra lineatis subtus sericeis, stipulis subulatis, leguminibus subracemosis ferrugineo - villosis.

Perrinius legit in America forte meridionali.

Rami herbacei, teretes, pilis sparsis appressis. *Folia* impari - pinnata, subquadriijuga: foliola remota, opposita, linearia, pollicaria, obtusa, mucronata, supra lineata, subtus sericea. *Pedunculi* erecti, subracemosi, pauciflori. *Legumina* linearia, ferrugineo - villosa.

Proxima I. *angustifolia* L., sed haec habet folia multiiuga, foliola multo angustiora, magis pilosa, margine revoluta, racemos spicatos multifloros longissime pedunculatos.

105. *Onobrychis tanaitica.* *

O. caule ramosissimo flexuoso, foliis pinnatis lanceolato - linearibus acutis pilosiusculis, alis calycem superantibus, leguminibus villosis.

? Hedysarum Onobrychis *Marsch. Bieb. fl. taur. cauc. suppl.* tom. 3. p. 484.

Habitat ad Tanain. ♃.

Certe distincte ab Onobrychide sativa species. Non sola enim pubes, quae adesse etiam solet in nostra, sed folia acuta seu acuminata, quae carent in nostra; caules ramosissimi flexuosi, alae calyce longiores probe eam distinguunt.

LXXXIII. Aurantia.

106. *Ternströmia venosa.* *

T. foliis oblongis serrulatis venosis, floribus aggregatis axillaribus, calycibus ciliatis.

E Brasilia. *Otto.*

Rami teretes, lignosi, glabri. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, utrinque glabra, supra opaca, obscure viridia, subtus flavido - virentia, venosa, venis prominulis, margine serrulata, basi attenuata, digitalia, sesquipollicem lata. *Pedunculi* axillares, aggregati, brevissimi, glabri. *Calyx* basi bra-

cteis binis ciliatis, quinquelobus, lobis obtusis ciliatis. *Corolla* quinquepartita, calyce duplo longior, flavida, laciniis ellipticis concavis. *Filamenta* numerosa, duplici fere serie basi corollae inserta, latiuscula, intus canaliculata. *Antherae* canaliculo ipsi adfixae. *Ovarium* superum. *Stylus* simplex. *Bacca* exsucca bilocularis octosperma.

T. *dentata* Sw. vicina, differt tamen foliis multo longioribus angustioribusque, ut potius lanceolata sint, venarum etiam subtus prominentium defectu. Cetero calycis lobi etiam in hac ciliati.

LXXXV. Malvaceae.

107. *Urena stellata.* *

U. foliis omnibus oblongis eglandulosis inaequaliter dentatis stellulato-pubescentibus, supra punctatis, subtus incanis.

In Brasilia.

Partes plantae fere omnes pube stellata appressa minuta tectae. *Rami* lignosi, teretes, cinerei. *Petioli* alterni, teretes, bipollicares, patentes. *Folia* oblonga, acuminata, basi rotundata, subtrinervia, inaequaliter denticulata, spithamea et dodrantalia, tres pollices fere lata, praeter pubem stellatam supra punctis minutis albidis, subtus tomento incano tecta. *Stipulae* in summis ramis lineari-subulatae, appressae. *Racemi* terminales. *Calyx* duplex, uterque quinquefidus, eadem ma-

gnitudine. *Capsulae* quinque, glabrae, monospermae, contiguae.

U. *viminea* Cav. vicina, sed folia inferiora rotundata sublobata, nervus medius glandula oblonga insignis, pubis etiam stellulatae nulla mentio.

LXXXVIII. Dillenieae.

